ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΑΝΑΠΛΟΥΣ ΒΟΣΠΟΡΟΥ

VENIT

APUD

AMBROSIUM FIRMINUM DIDOT

PARISIIS

VIA DICTA JACOB, N° 56

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΑΝΑΠΛΟΥΣ ΒΟΣΠΟΡΟΥ

DIONYSII BYZANTII

DE BOSPORI NAVIGATIONE

QUÆ SUPERSUNT

UNA CUM SUPPLEMENTIS IN GEOGRAPHOS GRÆCOS MINORES

ALIISQUE EJUSDEM ARGUMENTI FRAGMENTIS

E CODICIBUS MSS. EDIDIT

CAROLUS WESCHER

PARISIIS

E TYPOGRAPHEO PUBLICO

M DCCC LXXIV

PRÆMONITIO AD LECTOREM.

Dionysii Byzantii *de Anaplo Bospori* libellus græce scriptus, postquam diu in bibliothecarum tenebris delituit, nunc demum prodit, si non integer at certe magna sui parte, publicam lucem adspecturus.

Idem ille est Dionysius, quem ante tria sæcula Petrus Gillius Albigensis, jussu atque auspiciis Francisci I^mi^, Galliarum regis, in Orientem missus, græcum vidit latineque vertit[1]; quem sæculo insequente vir doctissimus Lucas Holstenius, tunc temporis Bibliothecæ Vaticanæ præfectus, per totam fere vitam in omnibus Europæ partibus indefesso studio sed infelici successu conquisivit[2]; quem denique Leo Allatius[3], Cangius[4], Bandurius[5],

[1] Petrus Gillius (gallice *Pierre Gilles*), natus Albigæ a. 1490, mortuus Romæ anno 1555, vidit codicem Dionysii circa annum 1549. Nomen *Gillius* inscriptum legitur in codice ms. græco Parisino 2323, qui est liber ἱερακοσοφικῶν præfertque in fronte hunc titulum : *Hos de accipitribus libros græcos | et latinos bibliothecæ regiæ | consecravit Petrus | Gillius*. Parum recte apud Bandurium scribitur *Gyllius*. Fragmenta versionis ejus duobus operibus continentur : 1° *De topographia Constantinopoleos et de illius antiquitatibus libri IV;* 2° *De Bosporo Thracio libri III.* Edita sunt bis Lugduni ab Antonio Gillio, Petri nepote (1561 et 1562, in-4°). Tertia editio prodiit Lugduni Batavorum apud Elzevirios (1632-1635, in-24°). Repetiit Gronovius in Thesauro Antiquitatum Græcarum, tom. VI.

[2] *Lucæ Holstenii epistolæ ad diversos*, ed. Boissonade. Paris. 1817, pagg. 11, 35, 46, 63 not., 71, 82, 85, 93, 95, 100, 114, 160, 199, 211, 471.

[3] In notis ad præfat. Philonis Byzantii *De septem orbis spectaculis* ed. Romæ, 1640. Repetiit Orellius in ejusdem Philonis editione Lipsiensi, 1816.

[4] In primis *Constantinopolis Christianæ* paginis. Parisiis, 1680.

[5] *Imperium orientale sive antiquitates Constantinopolitanæ.* Parisiis, 1711, vol. I, pagg. 249-428.

Fabricius[1], Hudsonus[2], ac nostra memoria Otto Frickius[3] et Carolus Müllerus[4], viri tum litterarum græcarum peritia tum rerum gestarum scientia præstantes, summo desiderio sunt prosecuti. Quorum eruditæ disputationes in commentationem Gillii latinam atque in fragmentum brevissimum ab Allatio editum magis ac magis ostenderunt quanti momenti futurum esset græcum exemplar, si unquam inveniretur integrum. Nec mirum : etenim per omnes orbis antiqui sive terrenos sive maritimos tractus nulla occurrit regio nobilior, nulla apud rerum scriptores celebrior, nulla artium ac litterarum monumentis insignior, quam fretum illud angustissimum, inter duo littora coarctatum, quo Europa ab Asia dividitur, quodque *Bosporus Thracius* vel *κατ' ἐξοχὴν Bosporus* nominatur[5]. Quam regionem constabat antiquitus a Dionysio Byzantio ea diligentia fuisse descriptam, ut non sola locorum notitia, sed ipsa etiam rerum gestarum ac memoriæ veteris cognitio inde posset augeri, emendari, illustrari.

Itaque quum mihi sextum jam annum codices Parisinos evolventi investigantique fausta fortuna contigerit ut membranas et chartas manu scriptas quibus Dionysii exemplar græcum si non totum at certe magna ex parte servatum continetur inter residua Bibliothecæ nostræ offenderim atque diligenter exploratas descripserim, operæ pretium me facturum esse existimavi, si ex

(1) *Biblioth. græc.* vol. IV, p. 664, ed. Harles.

(2) *Geographiæ veteris scriptores Græci minores.* Oxoniæ, 1698. Vid. vol. III (editum anno 1712).

(3) *Dionysii Byzantii Anaplum Bospori ex Gillio excerptum edidit et illustravit Otto Frick.* Wesel, 1860, in-4°.

(4) *Geographi Græci minores* ed. Didot. Parisiis, 1855-1861, vol. II, p. 1 et sqq. — Idem nuperrime repetiit in quinto volumine Fragmentorum Historicorum Græcorum fragmentum Dionysii a viro cl. Yates in Anglia jam editum (*Transactions of the royal Society of Literature of the United Kingdom.* Sec. series, vol. VIII. London, 1866).

(5) Καλεῖται δὲ Ἀνάπλους ὁ τόπος ἀνὰ Βόσπορον μέχρι ἂν ἔλθῃς ἐφ' Ἱερόν (scilicet ἱερὸν Διὸς Οὐρίου). Scylax, p. 56, apud *Geogr. gr. min.* t. I, ed. Didot.

hisce meis palæographicis studiis, quantulacumque sunt, partem hanc decerperem et quamprimum publici juris facerem.

Qua vero ratione institutum opus perficere aggressus sim, jam dicendum. Præmisi commentationem palæographicam de codice Dionysii Byzantii membranaceo, et quænam sit ejus conditio hodierna exposui; codicem ipsum qualis integer olim exstiterit ex notitia aliunde sumpta descripsi; quæcumque supersunt ex deperdito illo codice Geographorum Græcorum fragmenta recensui; ætatem ex scriptura conjeci; scripturæ ipsius indolem et compendia præcipua, quæ assidua tractatione comperta habebam, notavi; denique locos plurimos in quibus versio Gilliana cum græco textu conspirat vel ab eo differt ita congessi, ut inde appareat utrum codex Gillianus idem fuerit ac noster, necne. In fine de Dionysii Byzantii ætate, fide, dicendi genere, pauca disserui. Subjungitur *ordo Anapli* sive laterculus locorum quotquot a Dionysio recensentur.

Deinde ipsum Dionysii textum ad fidem codicis dedi, exceptis iis quæ certa ratione emendanda videbantur, eo tamen pacto ut etiam tum ipsa codicis lectio sit in imis pagellis proposita. Parte altera versionem latinam posui, partim ex Gilliana commentatione decerptam, partim proprio Marte vel emendatam vel suppletam, sed ea lege ut varietas versionis Gillianæ, quotiescumque operæ pretium visum est, in notis referatur. Lacunam sat grandem quæ in medio opere occurrit ejusdem Gillii subsidio explevi, ut deficientibus eo loco ipsius Dionysii verbis rerum saltem series atque ordo servetur. His subjeci scholia margini codicis rubro colore appicta, ex litteris fere evanidis quantum fieri potuit restituta. Sequitur adnotatio critica cum notulis aliquot de recentioribus locorum quorumdam appellationibus. Præterea accedunt Geographorum Græcorum fragmenta ex iisdem membranis vel descripta vel a me cum editis collata, scilicet Anonymi *Geographiæ expositio compendiaria*, Anonymus *De geographia in sphæra intelligenda*, Agathemeri *Geographiæ infor-*

mationis fragmentum, libellus *De ventis* Aristotelicus, Hannonis Carthaginiensium regis *Periplus Libyæ, Chrestomathiæ* fragmentum ex Strabone, atque Pseudo-Plutarchi libellus *De fluviis* integer. Totum opus claudunt duo indices alphabetici, quorum unus historicus et geographicus nomina rerum, locorum, hominum refert maxime memorabilia, alter vero ad græcitatem spectans quæ visa sunt notatu digna vocabula recenset.

Superest ut memorem Appendices duas, quas absoluto jam operi superaddidi. Quarum prior quidem tum *Periegetica* continet, sive scholia in Dionysium illum quem vulgo Periegeten vocant ab editis diversa, tum Anonymi *Cosmographiam* una cum scholiis in Arati Phænomena ac Diosemeia, in quibus etiam Geographica quædam occurrunt, ideoque a proposito nostro minime aliena videntur. Altera vero complectitur excerpta Geographica decem e variis Bibliothecæ Publicæ Parisiensis codicibus eruta atque descripta, scilicet de Adiabene, de Arabia Petræa, de Virunio urbe Noricorum, de Getis, de Britannia, de Vesuvio monte, de Brittia insula, de Istro flumine, de Cypro insula, una cum fragmento Ctesiæ inedito. Si ea græce tantum cum paucis notulis edidi, non vereor ne sim vituperabilis hac parte. Id enim solum præstare volui, hisce libellis ut docti homines diutius ne carerent.

Tu autem, lector, si qua in absolvendo opere difficillimo minus bene successerunt, da veniam, quæso, iis *quos humana parum cavit natura* erroribus. Quidquid vero utile vel jucundum ex nostro labore perceperis, illud tibi prosit studiisque tuis. Vale.

COMMENTATIO PALÆOGRAPHICA

IN CODICEM GEOGRAPHORUM GRÆCORUM

QUO DIONYSII ANAPLUS TRADITUR.

CAPUT PRIMUM.

QUINAM FUERINT FONTES HUJUS EDITIONIS.

I. Fons atque origo hujus editionis fuerunt membranæ manu scriptæ constantes foliis septem, sæculo decimo tertio ut videtur ineunte exaratæ, cum titulis et scholiis marginalibus rubro colore appictis. Est fragmentum superstes e codice quodam Geographorum quo non solus ille Dionysius Bosporici Anapli auctor, sed alii etiam scriptores Geographici continebantur[1]. Etenim in his membranis præmittuntur Dionysii Anaplo duo alii libri, fragmentum scilicet Agathemeri *Geographiæ informationis* finem referens, et totus libellus *De ventis* Aristotelicus. Subjiciuntur autem fragmentum *Chrestomathiæ* Strabonianæ et Pseudo-

[1] Hæ vetustæ membranæ inventæ sunt in fasciculo quem olim Μηνᾶς ὁ Μινωΐδου, quum anno 1841 legatione litteraria fungeretur in Oriente, ex diversissimis codicum fragmentis undequaque collectis composuerat quique post obitum ejus in Bibliothecam publicam Parisiensem illatus fuit. Apographum autem chartaceum ipsius Minæ manu exaratum est. Membranæ ipsæ fuerunt Batopedianæ, ut liquet ex notula hac quam postea in schedis ejusdem Minæ deprehendi: «*Bibliothèque de Vatopède 1841 le 15/27 sept[embre]*.» Jam suspicatus erat vir doctissimus Joannes Yates codicem Musei Britannici additilium 19391, quo fragmenta geographica continentur, ex Athoo monte in Europam migrasse. Quæ res nunc certissima est, quippe quum plurimis indiciis comprobetur codicem illum Londinensem a Joanne Yates anno 1864 descriptum, necnon codicem Ptolemæi quem noster Ambrosius Firminus Didot anno 1867 ex speciminibus Petri Sebastianoff *photolithographica* ut aiunt arte repræsentari curavit, et codicem Parisinum quem nunc ipsi edimus, olim una fuisse compactos atque in Bibliotheca Batopediana asservatos ubi liber anno 1841, quo eum vidit Minas, adhuc integer exstabat, excepto tamen folio penultimo Anapli quod jampridem videtur periisse.

Plutarchus *De fluviis* integer. Accedit ad calcem in folio separato Anonymus *De geographia in sphæra intelligenda* cum figuris. Præterea secundum inter et tertium folium membranaceum sunt interposita folia chartacea duo quibus continetur apographum ex eodem ut videtur codice descriptum ad quem folia membranacea olim pertinuerunt. Hoc quidem apographo exhibetur Bosporici Anapli pagella ultima, atque insuper Hannonis, Carthaginiensium regis, *Periplus Libyæ*. Quæ si quis cum præcedentibus composuerit atque omnia in unum redegerit, jam animadvertet ordinem in codice primævum fuisse hunc :

1° Agathemeri *Geographiæ informatio;*
2° Libellus *De ventis* Aristotelicus;
3° Dionysii Byzantii *Anaplus Bospori;*
4° Hannonis *Periplus Libyæ;*
5° *Chrestomathia* ex Strabone;
6° Pseudo-Plutarchus *De fluviis.*

Folium vero membranaceum quo recto et verso continetur Anonymus *De geographia in sphæra intelligenda* suspicor fuisse olim in anteriore codicis parte positum, ita ut præfixum fuerit ipsius Agathemeri libello geographico cujus hodie nonnisi finis in membranis nostris reperitur.

II. Jam vero illud notandum, ex septem hisce libellis tres posteriores, Periplum scilicet Hannonis, Chrestomathiam Strabonianam et Pseudo-Plutarchum De fluviis, esse ex eorum numero quos unus codex Palatinus n° 398 ab interitu servasse dicitur. Unde mox conjeci, inesse similitudinem quamdam huic nostro codici Geographorum cum celeberrimo illo codice Bibliothecæ Palatinæ quem sæculo decimo nono ineunte vir doctissimus et palæographiæ græcæ peritissimus F. J. Bastius summa diligentia descripsit. Itaque, rem maximi momenti fore ratus, si codex inveniretur alter eamdem atque Palatinus scriptorum seriem referens sed pleniorem (nam Palatinus principio caret utpote ἀκέφαλος), tota opera inquisivi, ut alia quædam eodem spectantia detegerem. Neque spem eventus fefellit. Etenim incidi in laterculum græce scriptum quo continetur notitia codicis cujusdam Geographorum amplissimi, adeo mirum in modum conspirans cum prædictis fragmentis

ut nullus dubitem quin ille ipse fuerit codex unde hæc fragmenta excerpta sunt. Hoc autem laterculo scriptores iidem atque in Palatino recensentur, eo tamen discrimine ut in notitia laudentur etiam ii qui hodie in Palatino desiderantur. Quippe in laterculo agmen ducit, sub littera numerali A′, Anonymi *Geographiæ expositio compendiaria* (Ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ) cujus etiam apographum notitiæ subjicitur integrum. Deinde sequuntur in laterculo eodem, sub litteris numeralibus B′, Γ′, Δ′, Agathemeri *Geographiæ informatio*, libellus *De ventis* Aristotelicus, Dionysii Byzantii *Anaplus Bospori*, quos omnes vel integros vel aliqua ex parte servatos membranæ nostræ referunt. Inde pergit laterculus commemorans Arriani vel potius Anonymi Periplum Ponti Euxini, et ceteros omnes quos Palatinus continet ordine eodem, excepto solo Arriani libro *De venatione*, qui minime ad Geographiam pertinens in Palatino quidem codice inter utrumque Ponti Euxini Periplum interponitur, in nostro autem indice omnino desideratur. Unde jam liquet codicem illum quo Dionysii Byzantii Anaplus traditur eosdem libros Geographicos continuisse qui hodie in codice Palatino asservantur, sed seriem in illo codice exstitisse integram, ita ut præmissi fuerint omnes ii libri quos Palatinus hodie non præbet, quippe qui principio careat. Hi autem libri quos Palatinus ἀκέφαλος non tradit quique in membranis nostris vel integri vel aliqua ex parte asservantur, sunt numero quinque, hoc ordine :

1° Anonymi *Geographiæ expositio compendiaria;*
2° Anonymi *Summaria ratio Geographiæ in sphæra intelligendæ* (in laterculo omissa, utpote præcedenti conjungenda);
3° Agathemeri *Geographiæ informatio;*
4° Libellus *De ventis* Aristotelicus;
5° Dionysii Byzantii *Anaplus Bospori.*

Quorum tres priores jam innotuerant ex codicibus Parisinis 1405, 1406, 2554, et aliis aliarum bibliothecarum, quibus continetur etiam celeberrimum illud Bosporici Anapli exordium quod pridem ex Allatii editione notum est.

III. Quare igitur fragmentum illud Allatianum vulgo in codicibus libello Agathemeri geographico subjunctum occurrat, nunc tandem

liquet, quum in nostris membranis videamus finem Agathemeri atque initium Anapli una et eadem pagella ita conjungi, ut nihil intersit nisi brevissimum *De ventorum positionibus et nominibus* opusculum Aristotelis nomine inscriptum. Quod opusculum quum in codicibus Parisinis supra dictis omnino desit, jam conjicere licet illud etiam in codice Palatino olim, quum integer exstaret, defuisse. Unde apparet illos quidem codices qui Anapli exordium referunt ex eodem exemplari defluxisse ex quo codex Palatinus n° 398 descriptus est, nostras vero membranas ex alio exemplari, quo eadem scriptorum series continebatur aliquanto plenior et uberior, fuisse descriptas. Quum autem codex Palatinus consensu eruditorum omnium sæculo decimo exaratus fuerit (id est regnante Constantino Porphyrogenito), verisimile est tunc temporis quoddam *σύνταγμα* vel, ut more Romano loquar, *corpus* Geographorum Græcorum minorum exstitisse, cujus recensiones duæ factæ sunt aliquantum inter se diversæ. Quarum nulla hodie superest integra. Etenim una servatur tum codicibus Parisinis 1405, 1406, 2554, et aliis ejusmodi, qui priorem hujus collectionis partem referunt; tum codice Palatino n° 398, quo pars collectionis ejusdem posterior continetur. Inter utramque partem fuit Dionysii Anaplus, qui quum medium fere in integra serie teneret locum, videtur utrinque excidisse. Altera autem recensio hucusque delituit in codice illo quo nunc Dionysii Anaplus traditur.

Quæ quum ita se habeant, jam liceat ad ipsos fontes, membranas scilicet Palatinas et nostras, propius accedere.

CAPUT II.

NOTITIA CODICIS PALATINI 398.

Codex qui inter Palatinos numeratur 398, olim cum Vaticanis in Bibliothecam publicam Parisiensem illatus, nunc vero Heidelbergæ in Bibliotheca Universitatis asservatus, membranaceus, in folio, sæculo decimo ut videtur exaratus, foliis 331 constans atque initio mutilus, accurate descriptus fuit anno 1805 a viro eruditissimo F. J. Bast, cujus *Epistola critica* merito celebratur[1]. Eumdem codicem denuo recensuit

[1] *Lettre critique de F. J. Bast à M. J. F. Boissonade sur Antoninus Libéralis, Parthénius et Aristénète.* Paris, 1805, in-8°.

iterum subscribitur : *Διώρθωται οὐ πρὸς σπουδαῖον ἀντίγραφον.* (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 32. — Müll. Geogr. Gr. min. I, 257-305.)

V. Hannonis Carthaginiensium regis *Periplus Libyæ*. Titul. (fol. 55 verso) *Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους σ7ήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν· ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῶι τοῦ Κρόνου τεμένει δηλοῦντα τάδε.* Inc. *Ἔδοξεν Καρχηδονίοις.* Expl. *ἡμᾶς ἐπιλιπόντων.* (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 32. — Müll. Geogr. Gr. min. I, 1-14.)

VI. Philonis Byzantii libellus *De septem orbis spectaculis*. Titul. (fol. 56 verso) *Φίλωνος Βυζαντίου περὶ τῶν ἑπ7ὰ θεαμάτων.* (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 33-35.)

VII. *Chrestomathia* ex Strabone. Titul. (fol. 60 recto) *Σὺν θεῶι χρησ7ομάθειαι ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν βιβλίω[ν].* Inc. Α. *Ὅτι Ὅμηρος πρῶτος ἐτόλμησεν.* Expl. *τῆι Κρήτηι νήσωι κατὰ μῆκος παράλληλος.* Subscribitur : *Στράβωνος γεωγραφικῆς χρησ7ομαθείας βίβλοι ιζ.* (Cf. Bast. Epist. crit. p. 35. — Müll. Geogr. Gr. min. II, 629-636.)

VIII. Plutarchi Chæronensis liber *De fluviorum et montium appellationibus et de iis quæ ibi inveniuntur*. Titul. (fol. 157 recto) *Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων.* Inc. Α. *Ὑδάσπης. Χρυσίππη διὰ μῆνιν.* Expl. *Ἀρισ7οτέλης ἐν δ περὶ ποταμῶν.* Postea iteratur titulus. Notandum est aliam manum ad marginem scripsisse : *Ψευδεπίγραφον τοῦτο· πόρρω γὰρ τῆς Πλουτάρχου μεγαλοφυίας ἥ τε διάνοια καὶ ἡ φράσις· εἰ μή τις ἕτερος εἴη Πλούταρχος.* (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 35-38. — Müll. Geogr. Gr. min. II, 637-665.)

IX. Parthenii Nicæni liber *De iis quæ amantibus acciderunt*. Titul. (fol. 173 verso) *Παρθενίου περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων.* (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 38 et 168-209.)

X. Antonini Liberalis *Transformationum narrationes XLI*. Titul. (fol. 189 recto) *Ἀντωνίνου Λιβεραλις* (sine accentu in cod.) *μεταμορφώσεων συναγωγή.* (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 38 et 63-167.)

XI. Hesychii Illustris *Origines Constantinopoleos*. Titul. (fol. 209) *Πάτρια Κωνσ7αντινουπόλεως κατὰ Ἡσύχιον Ἰλλούσ7ριον.* (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 38-44.)

XII. Phlegontis Tralliani libri *De mirabilibus* et *De longævis* (fol. 216 recto) sine ulla distinctione confusi. Prior mutilus. In fine (fol. 234 verso) subscribitur : *Φλέγοντος Τραλλιανοῦ ἀπελευθέρου Καίσαρος περὶ θαυμασίων καὶ μακροβίων.* (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 44-49.)

XIII. Ejusdem Phlegontis Tralliani fragmentum *De Olympiis*. Titul. (fol. 234

verso) Φλέγοντος ἀπελευθέρου Ἀδριανοῦ Καίσαρος περὶ τῶν Ὀλυμπίων. (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 49.)

XIV. Apollonii Alexandrini Dyscoli *Historia commentitia*. Titul. (fol. 236 verso) Ἀπολλωνίου ἱστορίαι θαυμασίαι. (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 49-52.)

XV. Antigoni Carystii *Historiarum mirabilium collectanea*. Titul. (fol. 242 verso) Ἀντιγόνου ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγή. (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 52-60.)

XVI. Hippocratis *Epistolæ XXV*. Titul. (fol. 265 recto) Ἱπποκράτους ἰητροῦ Κῴου (cod. κώιου) Ἀσκληπιάδεω ἐπιστολαὶ διάφοροι. (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 60.)

XVII. Themistoclis *Epistolæ XXI*. Titul. (fol. 283 recto) Θεμιστοκλέους ἐπιστολαί. (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 61.)

XVIII. Diogenis Cynici *Epistolæ XLIX*. Titul. (fol. 302 verso) Διογένους ἐπιστολαί. (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 61.)

XIX. Bruti *Epistolæ LXIII*. Titul. (fol. 322 recto) Μιθριδάτου τῶν Βρούτου ἐπιστολῶν συναγωγή. Repetitur titulus fol. 323 recto : Βρούτου Ῥωμαίων ὑπάτου ἐπιστολαί. (Cf. Bast. Epist. crit. pag. 62.)

Scriptura codicis vetustissima ad sæculum decimum referenda est.

CAPUT III.

INDEX CODICIS GEOGRAPHORUM GRÆCORUM QUO DIONYSII ANAPLUS TRADITUR.

Jam veniamus ad laterculum græce scriptum quo continetur index codicis illius Geographorum Græcorum amplissimi ad quem Dionysii Anaplus pertinuit. Hunc laterculum ex apographo chartaceo huc apponere juvat integrum, ut possit cum membranis nostris conferri :

Ὁ τῶν γραφέντων ὧδε βιβλίων πίναξ.

Α'. Ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ.
Β'. Ἀγαθημέρου [τοῦ] Ὄρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις.
Γ'. Ἀνέμων θέσεις καὶ προσηγορίαι ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ σημείων.
Δ'. Διονυσίου Βυζαντίου ἀνάπλους Βοσπόρου.

Ε'. Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου Πόντου ἑκατέρων τῶν ἠπείρων τῶν παρὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην διηκουσῶν.
ϛ'. Τοῦ αὐτοῦ ἐπισΊολὴ πρὸς Τραϊανὸν ἐν ᾗ καὶ περίπλους Εὐξείνου Πόντου.
Ζ'. Τοῦ αὐτοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης.
Η'. Ἄννωνος Καρχηδονίου βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλείους σΊήλας Λιβυκῶν (λυβικῶν apogr.) τῆς γῆς μερῶν· ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει.
Θ'. Φίλωνος Βυζαντίου περὶ τῶν ἑπΊὰ (ζ' apogr.) θεαμάτων.
Ι'. Ἐκ τῶν Στράβωνος Γεωγραφικῶν ιζ' βιβλίων χρησΊομάθεια.
ΙΑ'. Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων.
ΙΒ'. Παρθενίου περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων.
ΙΓ'. Ἀντωνίνου Λιβέραλις (sic) μεταμορφώσεων συναγωγή.
ΙΔ'. Πάτρια ΚωνσΊαντινουπόλεως καθ' Ἡσύχιον ἸλλούσΊριον.
ΙΕ'. Φλέγοντος Τραλλιανοῦ (τραλειανοῦ apogr.) ἀπελευθέρου Καίσαρος περὶ θαυμασίων καὶ μακροβίων.
Ιϛ'. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ Ὀλυμπίου ἀγῶνος.
ΙΖ'. Ἀπολλωνίου ἱσΊορίαι θαυμασίαι.
ΙΗ'. Ἀντιγόνου ἱσΊοριῶν παραδόξων συναγωγή.
ΙΘ'. Ἱπποκράτους ἐπισΊολαί.
(Sine numero.) ΘεμισΊοκλέους.
Κ'. Διογένους τοῦ Κυνός.
ΚΑ'. Βρούτου Ῥωμαίων ὑπάτου.

Quæ indicantur in laterculo hoc opuscula sunt numero viginti duo, ex quibus undecim priores (excepto uno Philone Byzantio) ad Geographiam pertinent [1]. Ceteri omnes sunt paradoxographi atque epistolographi græci iidem quos præbet codex Palatinus n° 398, et qui in membranis nostris pridem defuisse videntur, ut conjicere est ex notula huic laterculo subjecta [2]. Præterea ex alia nota comperimus initio codicis positam fuisse Ptolemæi Geographiam sub titulo hoc: Κλαυδίου Πτολεμαίου Γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως. Nec mirum, quum Anonymi duo qui Agathemero conjuncti sunt, scilicet *Geographiæ expositio compendiaria* et *Summaria ratio geographiæ in sphæra intelligendæ*, sequantur in omnibus fere Ptolemæum, ut jam testatur Lucas Holstenius [3].

(1) Philo Byzantius ipse potuit Geographis annumerari quippe qui scripserit Περὶ τῶν ἑπΊὰ θεαμάτων, scilicet *De septem orbis spectaculis*.

(2) Numeros ΙΒ' et sequentes usque ad ultimum ΚΑ' Minas apographi auctor asterisco notavit, adscripsitque vocabulum gallicum *manquent*.

(3) In Epistola ad Peirescium (m. febr. an. 1628).

Codex igitur, quum integer esset, partibus constabat tribus, scilicet :

1° Ptolemæi Geographia;
2° Geographi græci minores undecim (una cum Philone Byzantio);
3° Paradoxographi atque Epistolographi græci undecim quorum nullum superest vestigium.

Quænam ex Geographis fragmenta reperiri potuerint, jam dicendum.

CAPUT IV.

DESCRIPTIO MEMBRANARUM

QUÆ EX CODICE QUO DIONYSII ANAPLUS TRADITUR SUPERSUNT.

Sunt folia membranacea septem, quorum altitudo, $0^{m}35$, latitudo vero, $0^{m}17$ (mensura est *μέτρον* gallicum), ita ut forma codicis non, ut sæpe fit, quadrata, sed in folio maximo fuisse merito dicatur. Scriptura spissa et minuta, atque compendiis referta, præfert indolem sæculi decimi tertii ineuntis. Inscriptiones et subscriptiones librorum rubricatæ. Præterea notæ marginales pleræque et litteræ majusculæ initio capitum positæ sunt rubro liquore exaratæ. Sed ex notis marginalibus aliquot præ vetustate evanuerunt; ceteræ sunt lectu difficiles. Folia ipsa fuerunt hac serie disposita :

Fol. 1 rect. Incipit : *διὸ μάκρις ὠνομάσθη· μῆκος σΊαδίων ͵αψ* . . . (Agathem. Geogr. inform. apud Geogr. Gr. min. ed. Didot. II, p. 486, l. 7-8.)

Hac autem pagella continentur : 1° Agathemeri finis cum subscriptione litteris rubris exarata *Ἀγαθημέρου τοῦ Ὄρθωνος ὑποτύπωσις γεωγραφίας*; 2° libellus De ventis cum titulo rubricato *Ἀνέμων θέσεις καὶ προσηγορίαι ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ σημείων*; 3° Dionysii Byzantii Anaplus Bospori cum inscriptione rubricata *Διονυσίου Βυζαντίου ἀνάπλους Βοσπόρου* et exordio Anapli *Εἰ μόνην συνέβαινε* usque ad verba *ὄρεσι καὶ λόφοις ἃ πρὸ τῶν πν[ευμάτ]ων* (ex Anapli parte inedita) quibus hæc pagella explicit.

Fol. 1 vers. Inc. *κατόπιν δὲ ποταμοῖς*. . . . . (Dion. Byz. Anapl. Bosp. ined.)
Expl. *ὑπὸ πν[ευμάτ]ων· δύναιτο δ' ἂν μᾶλλον* (id.).

Fol. 2 rect. Inc. ὑπὸ τῆς προχώσεως τῶν ποταμῶν . . . (id.).
Expl. σίτου πολλὰς μυριάδας καὶ (id.).
Fol. 2 vers. Inc. βέλη καὶ χρήματα (id.).
Expl. τοῦ χόλου ἡ θεὸς (id.).

Subjicienda hic duo folia chartacea, videlicet apographa, quorum unum præbet Bosporici Anapli pagellam ultimam a verbis τῶν ἀπὸ τῆς Βιθυνίας βασιλέων usque ad epigramma quo totum opus clauditur desinens in verba τέρπομαι ἀμφοτέραις; alterum autem continet Hannonis Periplum cum titulo Ἄννωνος (sic) βασιλέως κ. τ. λ. cujus collationem ad calcem voluminis rejeci.

Fol. 3 rect. Inc. νουσιν οἱ παλαιοὶ τὴν κάτω αἴγυπτον . . . . . (Chrestomath. Strabon. apud Geogr. Gr. min. ed. Didot. II, p. 632, n° 24.)
Expl. τρίγωνον ἐστὶν (sic) ὀρθογώνιον (ibid. p. 635, n° 50).
Fol. 3 vers. Inc. οὗ ἡ μὲν μία . . . . . (ibid.).

Præbet hæc pagella finem Chrestomathiæ Strabonianæ usque ad verba ultima κατὰ μῆκος, παράλληλος. Nulla autem in fine subscriptio occurrit. Incipit deinde in media fere pagella Pseudo-Plutarchus De fluviis cum titulo rubricato Πλουτάρχου περὶ ποταμῶν καὶ ὀρῶν ἐπωνυμίας καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὑρισκομένων, pergitque sine intermissu a verbis Ὑδάσπης· χρυσίππη usque ad finem.

Folium 4 rectum et versum, folium 5 rectum et versum, folium 6 rectum et versum, pertinent ad eumdem Pseudo-Plutarchi libellum De fluviis, qui desinit (fol. 6 vers.) in verba ἐν τετάρτῳ περὶ ποταμῶν. (Cf. Geogr. Gr. min. ed. Didot. II, p. 665, n° 5.)

Notandum vero quatuor ultimos versus Pseudo-Plutarchi inde a verbis βαθείας ἐκτελεῖ τὰ μυστήρια usque ad finem manu secunda fuisse adjectas. Deest in fine subscriptio.

Folium 7 rectum et versum continet libellum separatum cui titulus rubricatis et ornatis litteris exaratus Διάγνωσις ἐν ἐπιτομῇ (sic) τῆς ἐν τῇ (sic) σφαίρα (sic) γεωγραφίας. Est Anonymi *Summaria ratio geographiæ in sphæra intelligendæ*. (Cf. Geogr. Gr. min. ed. Didot. II, p. 488-493.)

Accedunt huic postremo libello schemata mathematica quatuor quæ ad calcem voluminis hujus descripsi. Subscriptio in fine nulla.

CAPUT V.

RESTITUTIO CODICIS.

Hisce fragmentis libelli geographici septem vel integri vel aliqua ex parte referuntur. Ex quibus sex primi in laterculo græce scripto (vid. supra, pag. XII) notantur numeris B', Γ'. Δ', H', I', IA', scilicet :

A'. ....

B'. Agathemeri Geographiæ informatio (fol. 1 rect.).

Γ'. Libellus De ventis Aristotelicus (fol. 1 rect.).

Δ'. Dionysii Byzantii Anaplus Bospori (fol. 1 rect. et vers.; fol. 2 rect. et vers.: apogr. chart.).

E'. ....

ς'. ....

Z'. ....

H'. Hannonis Periplus Libyæ (apogr. chart.).

Θ'. ....

I'. Chrestomathia Straboniana (fol. 3 rect. et vers.).

IA'. Plutarchus De fluviis (fol. 3 vers.; fol. 4 rect. et vers.; fol. 5 rect. et vers.: fol. 6 rect. et vers.).

Libellus autem qui folio membranaceo 7 recto et verso continetur, videlicet Anonymus *De geographia in sphæra intelligenda* (*Διάγνωσις ἐν ἐπιτομῇ τῆς ἐν τῇ σφαίρᾳ γεωγραφίας*), in laterculo non comparet, unde suspicor eum vel inter numeros A' et B' exstitisse, vel ipsi numero A' in integro codice cum Ptolemæo præmissum fuisse, quippe quum totus ex Ptolemæi mente pendeat.

Superest igitur ut de numeris A', E', ς', Z', Θ' dicamus. Numerus quidem A' ea est Anonymi *Geographiæ expositio compendiaria* (*Ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ*) cujus apographum chartaceum ipsi laterculo subjunctum est. Constat in apographo capitibus quatuordecim quorum primum inscribitur Ἀναμέτρησις *τῆς ὅλης γῆς*, atque incipit Ἡ *τῆς ὅλης γῆς περίμετρος*. Desinit totum opus in verba *ἡ μὲν δὴ καθ' ἡμᾶς θάλασσα τοιαύτη* (cf. Geogr. Gr. min. ed. Didot. II, p. 494-509). Ad caput XII (IB'. Περὶ *τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνέμων*) appingitur in apographo schema duodecim ventorum. Insunt margi-

nibus nomina geographica certo ordine disposita quæ omnia exscripsi (vide infra, pagg. 72-74 ed. nostræ).

Numeri vero E′, ς′, Z′ sunt libelli tres Arriani nomine inscripti quorum nonnisi brevissima mentio superest titulorum una cum primis atque ultimis verbis, scilicet :

E′. Tit. Ἀριανοῦ περίπλους Εὐξείνου Πόντου ἑκατέρων τῶν ἠπείρων τῶν παρὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην διηκουσῶν· α′ Βιθυνίας τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ περίπλους· β′ Παφλαγονίας· γ′ τῶν δύο Πόντων· δ′ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μερῶν τοῦ Πόντου· ε′ Θρᾴκης τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ.

Inc. Αὐτοκράτορι Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Σεβαστῷ Ἀριανός. Κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου Πόντου . . . . .

Expl. ἔστι δὲ καὶ ὁ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης στάδια ͵θ μίλ. ͵ασ.

ς′. Tit. Ἀριανοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊανὸν [ἐν] ᾗ[1] καὶ περίπλους Εὐξείνου Πόντου.

Inc. Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Σεβαστῷ Ἀριανὸς χαίρειν. Εἰς Τραπεζοῦντα ἥκομεν πόλιν Ἑλληνίδα. . . . .

Expl. ἐπὶ Βόσπορον τὸν Θρᾴκιον καὶ πόλιν Βυζάντιον. In fine subscribitur : Ἀριανοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Τραϊανὸν ἐν ᾗ καὶ Περίπλους Εὐξείνου Πόντου.

Z′. Tit. Ἀριανοῦ περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης.

Inc. Τῶν ἀποδεδειγμένων ὅρμων. . . . . .

Expl. εἶτα (Palatinus εἶτε) καὶ θείᾳ τινὶ δυνάμει θεῶν ἀνερεύνητά ἐστι. In fine subscribitur : Διώρθωται οὐ πρὸς σπουδαῖον ἀντίγραφον.

De numero Θ′ qui fuit Philonis Byzantii libellus *De septem orbis spectaculis* nihil comperimus præter titulum Φίλωνος Βυζαντίου περὶ τῶν ζ′ θεαμάτων.

Si nunc codicis partem Geographicam qualis olim fuit ex prædictis fragmentis restituere aggrediamur, necesse est primo loco ponamus Cl. Ptolemæi Geographiam cui subjunctus fuerit Anonymus ille *De geographia in sphæra intelligenda* (Διάγνωσις κ. τ. λ.) qui folio membranaceo septimo continetur. Ceteri deinde sequuntur hoc ordine :

A′. Anonymi Geographiæ expositio compendiaria (chart.).
B′. Agathemeri Geographiæ informatio (membr.).
Γ′. Libellus De ventis Aristotelicus (membr.).
Δ′. Dionysii Byzantii Anaplus Bospori (membr. chart.).
E′. Arriani Periplus Euxini Ponti I, deest.

[1] Codex Palatinus ponit ἐν ᾗ, sed noster semel habuisse videtur ᾗ omisso ἐν. Est forte vestigium scripturæ priscæ ἡ vel ᾗ, scilicet *Epistola quæ est etiam Periplus.*

ϛ'. Arriani Periplus Euxini Ponti II, deest.
Z'. Arriani Periplus maris Erythræi, deest.
H'. Hannonis Periplus Libyæ (chart.).
Θ'. Philonis Byzantii de septem orbis spectaculis, deest.
I'. Chrestomathia ex Strabone (membr.).
IA'. Plutarchus De fluviis (membr.).

Quorum numeri A', Γ', H', IA' integri vel in membranis ipsis vel in apographis chartaceis ad nos pervenerunt; numerus autem Δ' (scilicet Dionysii Anaplus) partim membranis, partim chartis continetur, ita tamen ut lacuna folii unius intersit inter utramque partem; numerorum B' et I' nonnisi brevissima fragmenta membranacea penes nos sunt; numeri vero E', ϛ', Z', Θ' omnino desiderantur.

Jam vero illud notandum, ea quæ in membranis atque apographis Parisinis desunt occurrere pleraque in codice Londinensi Musei Britannici addititio 19391, ex quo finem Anapli et alia quædam Geographica vir clarissimus Joannes Yates ante paucos annos descripsit atque edidit[1].

Ultimo loco ponendi Paradoxographi atque Epistolographi græci duodecim quorum nullum invenimus vestigium, quippe qui jampridem in codice defuisse videantur.

CAPUT VI.

DE CODICE ARCHETYPO.

Si quis indicem supra memoratum cum nostris membranis et cum Palatino codice contulerit, adhibita etiam ratione libri Londinensis, inveniet seriem scriptorum in archetypo unde omnes velut ex communi fonte fluxerunt fuisse hanc[2] :

(1) De codice Londinensi consule: 1° Epistolam Friderici Madden recensentis in diario « *The Athenæum* » (1856, p. 299) codices ab homine Græco Simonide anno 1853 ex Oriente in Britanniam allatos; 2° Commentationem Caroli Stewart de argumento eodem (*Biographical Memoir of Constantine Simonides*, London, 1859); 3° Notitiam codicis Londinensis a Joanne Yates editam sub titulo « *Some account of a volume containing portions of Ptolemy's Geography and of the « Geographi Græci minores »* in *Transactions of the royal Society of Literature* (sec. series, vol. VIII, London, 1866); 4° Recensionem codicis ejusdem a Carolo Müllero factam ac nuperrime editam in *Fragm. Hist. Græc.* vol. V. Parisiis, Didot, 1870. Introduct. pagg. XVI-XXII.

(2) INTERPRETATIO SIGLORUM. A sunt membranæ Parisinæ nuper inventæ; A¹ est apo-

* 1. Anonymi Geographiæ expositio compendiaria (A^1, A^2, L, B C D).
* 2. Anonymus De geographia in sphæra intelligenda (A, B C D).
* 3. Agathemeri Geographiæ informatio (A, A^2, L, B C D).
* 4. Libellus De ventis Aristotelicus (A, A^2).
* 5. Dionysii Byzantii Anaplus Bospori (A, A^1, A^2, L; initium apud B C D).
* 6. Arriani Periplus Euxini Ponti I (A^2, L; sine initio P).
† 7. Arriani liber cynegeticus (P).
* 8. Arriani Periplus Euxini Ponti II (A^2, L, P).
* 9. Arriani Periplus maris Erythræi (A^2, L, P).
* 10. Hannonis Periplus Libyæ (A^1, A^2, L, P).
** 11. Philo Byzantius De VII orbis spectaculis (A^2, L, P).
* 12. Chrestomathia ex Strabone (A, A^2, L, P).
* 13. Pseudo-Plutarchus De fluviis (A, A^2, P).
** 14. Parthenii Historiæ amatoriæ (A^2, P).
** 15. Antonini Liberalis Metamorphoseôn liber (A^2, P).
** 16. Hesychii Illustris Origines Constantinopolitanæ (A^2, P).
** 17. Phlegon Trallianus De mirabilibus et longævis (A^2, P).
** 18. Phlegon Trallianus De Olympiis (A^2, P).
** 19. Apollonii Dyscoli Historia commentitia (A^2, P).
** 20. Antigoni Carystii Historiarum mirabilium collectanea (A^2, P).
*** 21. Hippocratis Epistolæ (A^2, P).
*** 22. Themistoclis Epistolæ (A^2, P).
*** 23. Diogenis Cynici Epistolæ (A^2, P).
*** 24. Bruti Epistolæ (A^2, P).

Sunt igitur viginti quatuor libelli, variorum auctorum nominibus inscripti, e quibus nemo non videt solos eos qui numeris 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 9, 10, 12, 13, designantur ad corpus Geographorum Græcorum minorum pertinere. Quos undecim scriptores uno asterisco (*) distinxi. Ceteri autem sunt magna ex parte παραδοξογράφοι, videlicet ii qui habent numeros 11, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, quos omnes duplici asterisco (**) notavi. Quatuor vero ultimi (sub numeris 21, 22, 23, 24) sunt ἐπιστολογράφοι atque tribus asteriscis (***) indicantur. Quod attinet ad librum Arriani cynegeticum, videtur propter solum auctoris nomen inter utrumque Ponti Euxini Periplum a librario insertum fuisse.

graphum chartaceum cum iisdem membranis conjunctum; A^2 est laterculus græce scriptus ad easdem membranas pertinens; B C D sunt codd. Parisini 1405, 1406, 2554, quibus Anapli exordium continetur; L est codex Londinensis Musei Britannici additilius 19391; P est codex Palatino-Heidelbergensis 398.

Itaque, mea quidem sententia, codex archetypus ex tribus codicibus conflatus fuit, scilicet codice uno Geographorum, et duobus codicibus quorum alter Paradoxographos, alter Epistolographos Græcos continebat. Quænam ex codice illo Geographorum in membranis nostris vestigia supersint, jam antea dictum est.

Si quis undecim illos scriptores quos uno asterisco notavi cum illis composuerit qui codice Geographorum Græcorum minorum Parisino suppl. gr. nº 443 [1] continentur, habebit corpus vel *σύνταγμα* Geographorum Græcorum minorum fere integrum, sed in duos tomos divisum, quales verisimile est in bibliotheca Alexandrina olim exstitisse, ubi cum Ptolemæo et Strabone ad universam Geographorum Græcorum collectionem pertinebant. Neque ullus dubito quin ad eamdem collectionem referendæ sint tabulæ illæ geographicæ ab Agathodæmone Alexandrino mechanico delineatæ, quarum codex Ptolemæi Parisinus nº 1401 specimina tradit pulcherrima, quibusque totus orbis antiquus per singulas partes depictus continetur.

CAPUT VII.

DE RATIONE SCRIPTURÆ.

Scriptura membranarum quibus Dionysii Anaplus traditur spissa, minuta, præfert, ut jam antea dictum est, indolem sæculi decimi tertii ineuntis. Numerus versuum in quavis pagella est circiter 45, exceptis tamen pagellis iis quæ inscriptiones vel subscriptiones librorum continent rubricatas atque litteris grandioribus exaratas, unde fit ut in una vel altera pagella numerus versuum paulo minor exsistat. Atramentum fere in omnibus bene servatum, sed ruber liquor quo notæ marginales pleræque appictæ fuerunt hic illic evanuit, ita ut quædam haud distincte appareant. Quod vero ad rationem palæographicam attinet, præbet codex compendia scripturæ et quas vocant *ligaturas* magno quidem numero, sed eadem fere cum illis quæ in aliis ejusdem ætatis codicibus occurrunt, ita ut omnia certa lege explicari queant. De ce-

[1] De hoc codice consule : 1° E. Miller *Périple de Marcien d'Héraclée, Épitome d'Artémidore d'Éphèse, Isidore de Charax, etc., d'après un manuscrit grec de la Bibliothèque royale* (Paris, Imprimerie royale, 1839, in-8°); 2° Letronne *Journal des Savants* 1839, p. 231 et sqq.; 3° C. Müller *Geogr. Gr. min.* t. I, p. XI.

teris quæ ad scripturam pertinent, hæc inprimis notatu digna visa sunt :

1° INTERPUNCTIO in codice prorsus incerta ac plerumque sensui adeo contraria, ut textus ipse prava verborum distinctione corrumpatur. Exempli causa in Dionysii Anaplo (p. 6, l. 16) scribitur τομὴ, νῆσον εἶναι ubi legendum τὸ μὴ νῆσον εἶναι quia agitur de montano jugo *ne urbs sit insula* prohibente. In alio apud eumdem Dionysium loco (p. 8, l. 4) quo laudatur *littus nullo optimorum ad capturam piscium deterius* scribitur in codice αἰγιαλὸς χωρίον, οὐδενὸς ubi distinguendum αἰγιαλὸς, χωρίον οὐδενὸς. Unde etiam in sequentibus hæsit librarius inter χείρων et χεῖρον. Legendum autem χεῖρον, quippe quum adjectivum ad χωρίον referatur, non autem ad αἰγιαλὸς ut librario visum est.

2° ACCENTUS interdum in codice duplicatur, verbi gratia in vocabulis ἂν (scriptum ἃ̀ν) et δὲ (scriptum δὲ̀). Ceterum in accentu librarius fallitur sæpe, qui ponit θῆρας pro θήρας (Anapl. Bosp. p. 9, l. 12) et ἁρπαγῆν pro ἁρπαγήν (ibid. p. 13, l. 1).

3° NOMINA PROPRIA sæpissime indicantur lineola leviter inflexa (~), quæ vocabulo superinducta est. Sic in Pseudo-Plutarchi libello De fluviis scribitur μω̃δώνιος καὶ ἀλε̃ξιρόης ubi vulgo Μύγδονος καὶ Ἀλεξιρρόης (XII, 1, vide infra, p. 86). Sic etiam in libello eodem notatur nomen *Dercyllus* (Δέρκυλλος) hoc modo : δέρκ̃ϋλλ° (ibid. XIX, IV).

4° NOTÆ RUBRICATÆ margini codicis appictæ non fuerunt eadem manu, qua textus, exaratæ. Nam lectio est interdum diversa, ut in Pseudo-Plutarchi libello De fluviis (XII, II, infra p. 87 et 94) ubi lapis qui reperitur prope fluvium Sangarim dicitur in textu quidem αὐτόγλυκος, in margine vero αὐτόγλυφος. Utraque manus ejusdem est temporis, sæculi circiter XIII^mi ineuntis. Sed altera scriptura, notarum scilicet, videtur ad correctorem referenda. Correctiones autem vel ex Palatino, vel ex alio simillimo ejusdem familiæ codice fluxerunt.

5° COMPENDIA SCRIPTURÆ non ductibus modo calami et quas vocant *ligaturis,* inde a sæculo undecimo in codicibus usitatissimis, sed aliis etiam notis vetustioribus constant, quibus una vel plures litteræ inter-

ciduntur, præsertim vocales. Habet enim codex abbreviationes ejusmodi :

μοσ = μητρός.
μρα = μητέρα.
ἀνίνη = ἀνθρωπίνη.
φιλάνως = φιλανθρώπως.
ἐσ7ρωσεν = ἐσ7αύρωσεν (ubi cavendum ne quis legat ἐσ7ρωσεν).
ἀνόμιμος = ἀνθρωπόμιμος (ubi cavendum ne quis legat ἀνόμιμος).

Compendium scripturæ quo diphthongus ευ exprimitur interdum cum vocali α confunditur. Nempe in libello Pseudo-Plutarchi De fluviis supra laudato ubi legitur ἀφορίαν (XVI, 1, p. 654 ed. Müll.), codex noster ponit εὐφορίαν. Unde forte Ἀπαθίππης mutandum in Εὐπαθίππης (ibid. VII, 1, vide infra p. 96).

6° Punctum duplex non solum vulgo vocalibus I et Υ superinducitur (ϊ, ϋ), quod fieri solet in aliis ejusdem ætatis codicibus, sed occurrit in his membranis etiam iis scripturæ compendiis superinductum quibus vocalis I implicita continetur, nempe syllabis ιν et ις (ϊν, ϊς), et notis quibus verbum ἐσ7ι vel ἐσ7ιν exprimitur : quem scribendi morem rarius inveni in codicibus.

7° Iota subscriptum, quod in codicibus sæculi decimi plerumque adscribitur, ut mos est in marmoribus, in codice nostro fere ubique negligitur. Sic, exempli causa, habet in Anaplo Bospori :

ἀπώκισαν = ἀπῴκισαν.
Θράκιον = Θρᾴκιον.
ἤ = ᾖ.
ὀλίγω = ὀλίγῳ.
περιβόλω = περιβόλῳ.
κύκλω = κύκλῳ.
ἠτιᾶτο = ᾐτιᾶτο.
χρεία = χρείᾳ.
ἀσαφεία καὶ πλάνω = ἀσαφείᾳ καὶ πλάνῳ.
ἤρουν = ᾔρουν.
σκέπη = σκέπῃ.
θαλάτ7η = θαλάτ7ῃ.
χρῶ = χρῷ (ubi cavendum ne confundatur cum χρῶ a χράομαι).

ἀφορία = ἀφορίᾳ.
θεῶ = θεῷ κ.τ λ.

8° Iotacismus frequenter in codice nostro reperitur. Sic, exempli gratia, scripturas præbet sequentes :

ἰλὺν = εἰλύν.
πόλης = πόλις.
ἄρτη = ἄρτι.
ἐκδόχιον = ἐκδοχεῖον.
αἰάντιον = αἰάντειον.
νιρέα = νηρέα.
ἀμυνόμενοι = ἀμυνομένη.
ἱμέρω ποταμῷ = *lenissimo* (ἡμέρῳ) *fluvio* ap. Gill.

Cum istis conferenda sunt ea quæ olim notavi in commentatione palæographica de codice Poliorceticorum vetustissimo (Introd. p. XXII).

CAPUT VIII.

DE CODICE GILLIANO.

Utrum codex quo Gillius usus est ad inchoandam versionem atque exscribendum commentarium idem fuerit ac noster necne, jam inquirendum. Quod ut clarius appareat, duplex instituenda videtur investigandi ratio, eorum scilicet locorum in quibus codex Gillianus conspirat cum codice nostro vel differt ab eo, ita ut primum quænam sint utrique codici communia, deinde quibus alter ab altero discrepet colligere queamus.

Loci in quibus Gillius græcum textum exscribens consentit cum codice nostro sunt hi[1] :

P. 7, l. 5. Κόρης] *quam nominat* Κόρην Gc.
Ibid. l. 16-17. κατὰ δὲ ἀπόβασιν τῆς θαλάτῃς] κατὰ ἀπόβασιν τῆς θαλάσσης Gb. κατὰ ἀπόβασιν τῆς θαλάτῃς Gc.
P. 8, l. 15. Κῆπος] *locus appellatus* Κῆπος Gb.
P. 9, l. 3. Ἀψασιεῖον. Ἀψάσιος] eadem nomina ponit Gb, qui addit : *ita*

[1] Lectio codicis ponitur in sequentibus prior cum signo]. Parte altera posui locum Gillii, qui notatur Gb quotiescumque pertinet ad libros III *De Bosporo Thracio*, et Gc quotiescumque referendus est ad libros IV *De topographia Constantinopoleos*.

vocatur a Dionysio, nisi codicis erratum sit. Præterea habet *Apsasius* Gc.

P. 10, l. 6. Σαπρὰ Θάλασσα] idem nomen Gb. *Inde supra Thalassa* Gc (ubi manifesto corrigendum *supra* in *Sapra*).

Ibid. l. 15. Βλαχέρνας] *Blachernas* Gb. Idem Gc.

P. 11, l. 4. εὔβοα] *boum nutricibus* Gb. Unde videtur in codice Gilliano idem erratum fuisse atque in nostro. Ipse conjeci εὔβοτα.

P. 12, l. 10. τύποι] *typi* Gb.

P. 21, l. 4. ὁμοίαν ἀνδριάντος] *similem statuæ virili* Gb. Sed ibi corrigendum *similis.* Unde videtur erratum idem in utroque codice fuisse. Ipse in textu græco conjeci ὁμοία.

P. 31, l. 5. Γρωνυχία] *Gronuchia* Gb.

Ibid. l. 11. ἐπ' αὐτῷ Ὀξύρρους ἄκρα] verba eadem repetit Gb, qui deinde vertit : *in ipso vel post ipsum est promontorium Oxyrrhoum.*

P. 32, l. 1. ἐπὶ δ' αὐτῷ] ἐπὶ δὲ αὐτῷ Gb.

Ibid. l. 8. Βλάβην] *Chalcedonii ipsam insulam appellant* Βλάβην Gb.

Ibid. l. 13. περίρρουν] περίρρουν *promontorium* Gb.

Ibid. l. 14. Λυκάδιον = Κυκλάδιον] *Lycadium sive Cycladion* Gb, qui inter utrumque hæsit ut noster codex.

P. 33, l. 1. Ἄκραι Ῥοιζοῦσαι] Ῥοιζοῦσαι ἄκραι *ex eo nominatæ* Gb.

Lacunas quas notavi p. 13, l. 11, ubi agitur de ponte Philippi, et p. 14, l. 10, ubi inter loca Canopum et Chœragia nomen loci excidit, sensisse non videtur Gillius. Easdem lacunas in nostro codice tacitus admisit librarius.

Sunt autem alii loci, neque illi pauciores, in quibus Gillius aliquantum recedit a codice nostro. Quos nunc ex altera parte apponere juvat :

P. 5, l. 11. Ἰνὼ τὴν Ἰνάχου] *Io Inachi* Gb. Recte correctum.

P. 6, l. 1. λιτός] *lapis* Gb (quasi legisset λίθος).

P. 7, l. 9. οἱ σὺν Δαρείῳ] *in expeditione Cyri* Gb, qui Darium et Cyrum confundit.

P. 9, l. 15. Περαϊκός] *Piræicus* Gb.

P. 13, l. 11. Αὐλεών] *Aulona* Gb.

P. 14, l. 4. Κάνωπος Κῦβοι] *Cubi Canopi* Gb (qui forte credidit Κάνωπος esse genitivum a Κάνωψ).

Ibid. l. 6. τινας] *nonnulli* Gb (quasi legisset τινες).

Ibid. l. 8. Μείζων ποταμός] *Cison fluvius* Gb (quasi esset Κείσων).

P. 15, l. 4. ἰσθμός] *Isthmicum promontorium* Gb (quasi retulisset nomen ἰσθμός ad ἀκρωτήριον).

Ibid. l. 7. Συκίδες] *Sycodes* Gb.

P. 15, l. 13. *συναφῆς*] *Syamphas* Gb (qui credidit esse nomen proprium).
P. 16, l. 7. *ἄσωτος*] *luxuriosis* Gb (quasi legisset *ἀσώτοις*).
P. 19, l. 5. *τρητοί*] *tria* Gb (quasi legisset *τρίτοι*).
P. 20, l. 5. Λευκία] *Latiades* Gb.
Ibid. l. 12. Βυθίας] semel *Bythios* Gb.
Ibid. l. 16. Βάκα] *Bacca* Gb.
P. 31, l. 3. Αἰετοῦ Ῥύγχος] Ἀετόρηχον Gb.
Ibid. l. 8. Κατάγγιον] Κατάγγειον Gb.
P. 34, l. 3. Ῥάχητος] *Charetis* Gb. Recte correctum.
Ibid. l. 8. Ἡραγόρα] *Hermagora* Gb.
Ibid. l. 9. Ἱμέρῳ ποταμῷ] *lenissimo fluvio* Gb (quasi legisset ἠμέρῳ).

Ex his etsi quædam ad temerariam codicis interpretationem vel etiam emendationem referenda sunt, sunt tamen alia quæ ex lectionum diversitate orta esse videntur, v. g. Αὐλεών et *Aulona*, Μείζων ποταμός et *Cison fluvius*, Συκίδες et *Sycodes*, Αἰετοῦ Ῥύγχος et Ἀετόρηχον, Ἡραγόρα κρήνη et *fons Hermagora*. Præterea in loco (p. 11, l. 6-10) ubi laudantur versus oraculi, habet duo quidem versus codex, tres vero Gillius. Epigramma autem Bovis (p. 36) quod in textu habet Gillius, codex noster ad calcem rejicit. Hoc quoque notandum, ambitum urbis Byzantii, qui in codice triginta quinque stadiorum (τριακονταπέντε σταδίων) dicitur, esse apud Gillium stadiorum *circiter quadraginta*[1]. Certe codex quo usus est Gillius integer fuit, quippe quum ea quæ in codice nostro jactura ut videtur folii unius interierunt[2] latine verterit.

Quibus attente perpensis, non ausim affirmare membranas nostras easdem esse quas tractavit Gillius, imo crediderim Gillium codice quodam usum fuisse qui ad alteram familiam pertinet, ad eam scilicet unde Palatinus defluxit, ac fortasse iis ipsis foliis membranaceis quæ hodie initio codicis Palatini desiderantur.

CAPUT IX.

TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM
DE DIONYSIO ANAPLI AUCTORE.

Jam veniamus ad testimonia veterum de Bosporici Anapli auctore.

[1] Vide infra, pag. 4, l. 10 et not. — [2] Vide lacunam infra, pag. 24-30.

Stephanus Byzantius, sub verbo Χρυσόπολις, ait : *Χρυσόπολις, ἐν Βιθυνίᾳ, πλησίον Χαλκηδόνος τὸν ἀνάπλουν πλέοντι ἐν δεξιᾷ. . . Διονύσιος δ' ὁ Βυζάντιος, τὸν ἀνάπλουν τοῦ Βοσπόρου γράφων, περὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τάδε φησί· Κέκληται δὲ Χρυσόπολις, ὡς μὲν ἔνιοί φασιν, ἐπὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἐνταῦθα ποιουμένων τοῦ προσιόντος ἀπὸ τῶν πόλεων χρυσοῦ τὸν ἀθροισμόν· οἱ δὲ πλείους ἀπὸ Χρύσου παιδὸς Χρυσηΐδος καὶ Ἀγαμέμνονος.* — Suidas, sub verbis Διονύσιος Βυζάντιος, ait : *Διονύσιος Βυζάντιος ἐποποιός. Περιήγησιν τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου. Περὶ θρήνων· ἔστι δὲ ποίημα μεστὸν ἐπικηδείων.* — Eudocia Macrembolitissa in opere quod inscribitur Ἰωνιά seu *Violarium,* quodque continetur in codice olim Colbertino 274 postea Regio 3057 quem edidit vir clarissimus d'Ansse de Villoison [1], recenset Dionysium Byzantium inter poetas hisce verbis : *Διονύσιος Βυζάντιος ἐποποιός· ἔγραψε περιήγησιν τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου· περὶ θρήνων· ἔστι δὲ ποίημα μεστὸν ἐπικηδείων.*

Si quis hæc tria testimonia contulerit, facile animadvertet Suidæ atque Eudociæ testimonium ex uno eodemque fonte fluxisse, atque inter se consentire. Etenim apud utrumque Dionysius Anapli scriptor cum altero Dionysio auctore Periegeseos poeticæ confunditur, nisi forte unus et idem Dionysius Byzantius scripserit orbis antiqui Periegesin versibus epicis et Anaplum Bosporicum prosa oratione. Quod vero attinet ad poemata *περὶ θρήνων* quæ ab iis una cum Anaplo memorantur, ea videntur ad alium auctorem referenda, quippe quum totus ille de variis Dionysiis apud Suidam et Eudociam locus summa perturbatione laboret. Testimonium vero Stephani Byzantii, a præcedentibus diversum, certe ad Dionysium nostrum spectat, et Bospori Anaplum diserte laudat, atque etiam locum refert quo urbs Chrysopolis nominatur. Quem de urbe Chrysopoli locum nunc videmus verbo tenus ex ipso Anaplo descriptum fuisse, excepta aliqua lectionum varietate [2]. Illud jam Gillius olim suspicatus erat, qui in libro *De Bosporo Thracio* tertio [3] postquam locum de urbe Chrysopoli ex Dionysio latine vertit, pergit in hunc modum : «Ex his Dionysii verbis facile «assequimur Bospori Anaplum esse Dionysii illius Byzantii antiquis«simi scriptoris..... Nam Stephanus antiquus urbium scriptor su-

[1] *Anecdota Græca*, t. I, p. 132. — Cf. codicem Parisinum græcum, n° 3057, f. 176.

[2] Vide infra, pag. 33, l. 9.

[3] Ed. princ. pag. 236.

«periora Dionysii verba affert..... Neque solum ex his Stephani «verbis cognoscimus Dionysii Anaplum esse Stephano antiquiorem, «sed etiam ex ipsius Anapli discursu percipimus illum scripsisse Bos-«pori Anaplum antequam Severus Byzantium evertisset.» Quæ congruunt cum iis quæ ipsi mox disputabimus.

CAPUT X.

DE DIONYSII BYZANTII ÆTATE, FIDE, DICENDI GENERE.

Si testimonia veterum quæ de Dionysio Byzantio ad nos pervenerunt respexeris, nullum invenies quo certa scriptoris ætas definiri possit. Sed ex ipso opere liquet scriptum fuisse Anaplum ante annum post Christum natum 196, quo Septimius Severus imperator Byzantium funditus evertit. Etenim omnia tanquam præsentia atque integra Dionysius descripsit, quæ, eversa urbe, recensere non potuisset. Quod si quibusdam doctis viris aliter visum est, decepti sunt errore Gillii qui quum suo tempore nihil nisi campos ubi vetus Byzantium fuit cerneret in quibus *etiam periere ruinæ*, illarum rerum quas oculis viderat Dionysius tanquam præteritarum ipse recordatur. Quod clarius apparebit ex locis aliquot Græci exemplaris cum Latina Gillii interpretatione comparatis :

Pag. 6, l. 7 : **Ὑπὸ δὲ τὸν νεὼν τοῦ Ποσειδῶνος ἔνδοθεν μὲν τοῦ τείχους σΊάδια καὶ γυμνάσια.....**	Gill. ed. princ. p. 55 : ***sub templo Neptuni intra urbis murum.... ....*** ..... ERANT ***stadia et gymnasia.***
Ibid. l. 10 : **Ὑποδέχονται δὲ τῆς ἄκρας τὴν πρώτην περιαγωγὴν τρεῖς λιμένες.....**	Id. ibid. ***primam promontorii Bosporii conversionem*** .... EXCIPIEBANT ***tres portus.....***
Pag. 7, l. 1 : **Ἔπειτα Γῆς Ὀνησιδώρας τέμενος ὑπὲρ τῆς θαλάσσης.....**	Id. ibid. ***Post*** ERAT ***templum Telluris super mare.....***
Ibid. l. 5 : **Μικρὸν δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ Δήμητρος καὶ Κόρης παράλληλα** (subaudi **τεμένη**).	Id. ibid. ***Paulo supra Telluris ædem*** ERANT ***templa Cereris et Proserpinæ paria.***

Et sexcenta alia ejusdem notæ, quæ enumerare longius foret. Unde jam liquet non Dionysium græce scribentem, sed Gillium latine vertentem omnia tanquam præterita memorasse. Itaque merito videtur in reprehensionem aliquam negligentiæ incurrere Gillius propter minus accuratum vertendi genus quo sua auctori tribuit.

Si quis Dionysium sequioris ævi scriptorem fuisse existimaverit atque rerum Græcarum et historiæ patriæ ignarum exstitisse propter errorem istum quo Darius cum Cyro confunditur, hoc quoque Gillii, non Dionysii vitium esse, ex textu Græco cum interpretatione Gilliana comparato paulo infra videbit. Nam Gillius in versione latina[1] : *Illud enim Persæ exusserunt in expeditione Cyri contra Scythas.* Dionysius autem ita loquitur in codice[2] : *Τὸν μὲν γὰρ οἱ σὺν Δαρείῳ Περσῶν κατὰ τὴν ἐπὶ Σκύθας ἔλασιν ἐνέπρησαν.* Unde nomen quidem Cyri a Gillio, nomen vero Darii a Græco Anapli auctore scriptum fuisse manifesto apparet.

Præterea illud notandum, res gestas quas memorat Dionysius esse omnes ævi vetustioris, scilicet recordationem illam bellorum Medicorum Gillii errore depravatam, nunc vero restitutam; deinde paulo infra mentionem pontis a Philippo Macedonum rege Byzantium obsidente constructi ut Sinus Ceratini ripam utramque jungeret[3]; denique templum in honorem Ptolemæi Philadelphi a Byzantiis dedicatum, quod aliunde non novimus[4]. Addendi sunt Galatæ fanum Asiaticum populati et Callimedes Seleuci exercitus dux[5]. Omnium autem recentissimum est *ara Apollinis* in Cyaneis *a Romanis statuta,* qui locus etiamnum in Græco textu desideratur, in Gilliana autem versione superest. Quæ ara in honorem Caii Cæsaris, teste Gillio, erecta est[6]. Unde videtur Dionysius eo tempore, quo jam Romani Asiam obtinebant, scripsisse. Neque hoc silentio prætermittendum est, in fano Asiatico statuam æream memorari cujus descriptio adeo mire congruit cum Philostrati loco, ut conjicere liceat Dionysium Anapli scriptorem et Philostratum Imaginum auctorem vel coætaneos exstitisse, vel certe minimo temporum intervallo fuisse separatos[7].

Si nunc, hæc indicia sequuti, paulo tutius de ætate scriptoris nostri judicare voluerimus, statuemus eum sæculo post Christum natum secundo exeunte, ante annum 196 quo Septimius Severus Byzantium evertit, scripsisse.

Quæ autem fuerit Dionysii in scribendo Anaplo fides, vel ex eo apparet quod ipse, tanquam Pausanias Descriptionis Græciæ auctor, in

(1) Ed. princ. pag. 55.
(2) Vide infra, pag. 7, l. 9, et nostram Adnotationem criticam, pag. 45.
(3) Vide infra, pag. 13, l. 11, et nostram Adnotationem criticam, pag. 48.
(4) Vide infra, pag. 17, l. 3.
(5) Vide infra, pag. 29, l. 19 et 24.
(6) Vide infra, pag. 28, l. 23, et notam ad hunc locum.
(7) Vide infra, pag. 29, l. 25-26.

re præsenti fuit atque omnia velut ἐξ αὐτοψίας descripsit. Locorum apud eum recensus plenissimus : etenim a Byzantio profectus omnia Bospori littora perlustrat, primum sinus qui Cornu dicitur utramque ripam, deinde freti oram Europæam, denique Asiatica littora. Quæ autem mythologica ad locorum descriptionem accedunt, ea videtur non omnia credulus accepta retulisse, sed acri interdum judicio distinxisse. Cujus rei exemplum habes initio [1] ubi duplex de Bosporii promontorii nomine refertur sermo, et fine [2] ubi describitur statua Bovis in littore Asiatico prope Chalcedonem sita et inquiritur de origine ejus atque appellatione. Alio loco [3] sinceram incorruptamque fidem ipse testatur, quum ait se nihil supprimendo veritatem dicturum (εἰ χρὴ μηδὲν ὑποστειλάμενον τἀληθὲς εἰπεῖν).

Quod vero ad dicendi genus attinet, quæsitæ atque affectatæ elegantiæ crimine non caret, Pausaniam in hoc quoque æmulatus. Præterea vetustum quiddam atque, ut ita dicam, ἀρχαϊκὸν redolet oratio. quippe quæ ad Thucydidis imitationem composita esse videatur.

Hactenus de Dionysio Anapli auctore.

[1] Vide infra, p. 5, l. 9 et sqq. — [2] Vide infra, p. 34, l. 5. — [3] Vide infra, p. 31, l. 9.

ORDO ANAPLI

SIVE LATERCULUS LOCORUM

QUOTQUOT APUD DIONYSIUM BYZANTIUM COMMEMORANTUR.

Ex centum et quinquaginta locorum nominibus quæ auctor Anapli recensuit, centum quidem integra hodie ex membranis restituta et Græco sermone conscripta exstant; quinquaginta vero nonnisi ex transcriptionibus Gillianis comperta habemus. Quæ ut quisquis possit uno conspectu comprehendere, totam illorum nominum seriem huc inferendam existimavi. Quo in recensu numeri septuaginta priores (1-70) petiti sunt ex codice Dionysii Græco qui fons est hujus editionis; numeri quinquaginta medii (71-120) suppleti sunt ex versione Gilliana, adhibitis etiam aliorum auctorum testimoniis; numeri autem triginta posteriores (121-150), quemadmodum priores septuaginta, ex ipso textu Græco deprompti fuerunt.

I.

SINUS CERATINUS (GRÆCE ΚΈΡΑΣ).

1. **Βοσπόριος ἄκρα** (promontorium Chrysoceras apud Plin. Hist. Nat. IV, xviii, 8).
2. **Ἐκβασίου βωμὸς Ἀθηνᾶς.**
3. **Ποσειδῶνος νεώς.**
4. **Στάδια καὶ γυμνάσια καὶ δρόμοι νέων.**
5. **Τρεῖς λιμένες** quorum medius postea **Νεώριον** teste Scholiasta appellatus est (vide infra, notulam II, pag. 56 ed. nostræ).
6. **Πύργος.**
7. **Πεδίον.**
8. **Γῆς Ὀνησιδώρας τέμενος.**
9. **Δήμητρος καὶ Κόρης [τεμένη] παράλληλα.**
10. **Πλούτωνος ἄκρα** } **δύο νεὼ Ἥρας καὶ Πλούτωνος.**
11. **Ἡρα[ία ἄκρ]α** }
12. **Σκιρωνίδες πέτραι.**
13. **Κύκλα.**
14. **Σχεδασ[ίου] βωμὸς Ἀθηνᾶς.**
15. **Μελίας κόλπος.**

16. Κῆπος.
17. Ἀψασιεῖον (Jupiter Ἀψάσιος in eo colitur).
18. Μελλαποκόψας (ἐνάκρα).
19. Ἰνγενίδας.
20. Κιτ7ός.
21. Περαϊκός.
22. Καμάρα (apud Scholiastam Καμάραι, pag. 38, n° 26 ed. nostræ).
23. Σαπρὰ θάλασσα sita ἐν τῷ πυθμένι τοῦ Κέρατος cum quatuor locis :
24. A. Πολυρρήτιον,
25. B. Βαθεῖα Σκοπιά,
26. C. Βλαχέρνας,
27. D. Ὑπαλῶδες.
28. Κύδαρος ποταμός.
29. Βαρβύσης ποταμός (dictus Βαρβούσης apud Scholiastam, pag. 38, n° 30 ed. nostræ).
30. Σημύσ7ρας βωμός.
31. Δρέπανον ἄκρα.
32. Βουκόλος (λόφος).
33. Μάνδραι.
34. Δρῦς (τέμενος Ἀπόλλωνος).
35. Αὐλεὼν κόλπος ubi olim *pons Philippi* (Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος ζεῦγμα).
36. Νικαίου βωμὸς ἥρωος.
37. Νέος βόλος.
38. Ἀκτῖνα (confer Ἀκτή apud Steph. Byz.).
39. Κάνωπος.
40. Κῦβοι.
41. Κρηνίδες.
42. Μείζων ποταμός.
43. ..... ἀκροβύθιος nominatus ἐν τοῖς Λουκίου apud Scholiastam qui eum dicit situm esse ἐν τῷ καλουμένῳ Βαθεῖ (vide infra, scholion 38, pagg. 38, 49, 57 ed nostræ).
44. Χοιράγια.

II.

LITTUS EUROPÆUM.

45. Ἱπποσθένης (τάφος Ἱπποσθένους ἥρωος Μεγαρέως situs ἐπ' ἀκρωτηρίῳ καθ' ὁ ἄρχεται ὁ τοῦ Πόντου προκείμενος ἰσθμός).
46. Συκίδες quæ postea sunt appellatæ Συκαῖ teste Scholiasta (vide infra, scholion 41, pagg. 38, 49, 57 ed. nostræ). Locus hodie nominatur *Galata*, ut Gillio jam visum est.
47. Σχοινίκλου τέμενος.

48. Αὐλητής.
49. Βόλος.
50. Ἀρτέμιδος Φωσφόρου καὶ Ἀφροδίτης Πραείας τέμενος
51. Ὀσ7ρεώδης.
52. Μέτωπον Europæum.
53. Αἰάντειον.
54. Παλινόρμικον.
55. Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου νεώς.
56. Δελφὶν καὶ Καράνδας.
57. Ἄκρα et Θέρμασ7ις πέτρα.
58. Πεντηκοντορικόν.
59. Τὰ Σκύθου.
60. Ἰασόνιον ubi δρυμὸς et βωμός Ἀπόλλωνος.
61. Ῥοδίων περίβολοι.
62. Ἀρχεῖον.
63. Γέρων Ἅλιος (confer *Portus Senum* apud Plin. IV, XVIII, 8).
64. Παράβολος.
65. Κάλαμος καὶ Βυθίας ubi δάφνη Μηδείας.
66. Βάκα ubi λόφος et Μητρὸς Θεῶν ἱερόν.
67. Ἑσ7ίαι (confer *Estiæ templum Neptuni* apud Plin. V, XLIII, 4) nominatæ postea Μιχαήλιον teste Scholiasta (vide infra, scholion 61, pagg. 39 et 57).
68. Κόλπος anonymus apud Dionysium, sed appellatur Φιλεμπόριος sive Φιλεμπόριον apud Scholiastam (vide infra, scholion 63, pagg. 39 et 57).
69. Χηλαί.
70. Δικτύννης ἱερὸν Ἀρτέμιδος.
(Incipit in textu Græco lacuna.)
71. Pyrrhias Cyon [Græce videtur fuisse Πυρρίας Κύων].
72. Ῥοώδης (confer ἄκρα ῥοώδης=κλύδων ῥοώδης=*promontorium* ῥοῶδες apud Gill.).
73. Phidalia vel Φαιδαλία (confer Φιδάλεια apud Steph. Byz. Φειδαλία apud Suid.).
74. Χειμάρρους.
75. Portus Mulierum (confer Γυναικῶν λιμήν apud Steph. Byz. *Portus Mulierum* apud Plin. IV, XVIII, 8).
76. Κυπαρώδης.
77. Templum Hecatæ.
78. Lasthenes (sinus *Casthenes* apud Plin. IV, XVIII, 8).
79. Commarodes.
80. Bacchiæ cautes.
81. Θερμημερία.
82. Portus Pitheci, quem græce λιμένα Πιθήκου ex Dionysio vocat Gillius.
83. Εὔδιον Καλόν vel Εὔδιος Καλός (sinus).
84. Pharmacias (Φαρμακίας apud Suid. Flumen *Pharmacias* apud Plin. V, XLIII, 3. Recte contulit hodiernum *Therapia* Gillius).

85. *Κλεῖδες καὶ Κλεῖθρα τοῦ Πόντου* (*Claves et Claustra Ponti* Gill.).
86. Dicæa [*Δικαία*] petra.
87. *Βαθύκολπος* sinus.
88. Saronis ara.
89. *Καλὸς Ἀγρός.*
90. Simas promontorium et Veneris meretriciæ statua.
91. Scletrinas sinus.
92. Aræ Apollinis et Matris deûm.
93. Milton promontorium.
94. Fanum Europæum sive *oppidulum* quod græce *πολίχνιον* vocat ex Dionysio Gillius. In versione Gilliana (p. 27, l. 8 ed. hujus) ubi legitur «*fanum cunctum* contra frontem fani Asiatici situm,» videtur corrigendum *fanum* Europæum contra frontem fani Asiatici situm.
95. Templum deæ Phrygiæ (confer *Σαραπιεῖον* apud Polyb. IV, XXXIX, 6).
96. Chrysorrhoas fluvius.
97. Chalcœa.
98. Timæa turris (confer *Thimea turris* in tabula Peutingeriana).
99. Phosphorus locus.
100. Ephesiorum portus (confer *πρὸς τῷ λεγομένῳ Ἐφεσιάτῃ* apud Hesych. Miles. in Fragm. Hist. Græc. IV, p. 152, § 32, ed. Didot).
101. Aphrodisium.
102. Portus Lyciorum appellatus *λιμὴν Λυκίων* teste Gillio.
103. *Δορίλειον.*
104. Licnias.
105. Gypopolis.
106. Dotina petra.
107. Panium promontorium.
108. Cyaneæ Europææ.
109. Ara Apollinis a Romanis statuta.

III.

LITTUS ASIATICUM.

110. Ancyreum.
111. Pyrgos Medeæ.
112. Cyaneæ Asiaticæ.
113. Coracium promontorium.
114. *Παντείχιον* littus.
115. Chelæ Asiaticæ (vide supra, n° 69, ubi nominantur *Χηλαί* Europææ).
116. Hieron sive *Fanum Asiaticum* (vide supra, n° 94, ubi nominatur Fanum Europæum). Græce ponit *ἱερόν* in commentario Gillius. Confer *τὸ καλούμενον ἱερόν* apud Polybium, qui tradit Jasonem ibi duodecim diis sacrificasse (IV, XXXIX, 6).

117. ARGYRONICUM vel ARGYRONIUM (confer Ἀργυρώνιον apud Procop. De ædific. I, IX, p. 22 C, ed. Paris.).
118. HERCULIS κλίνη.
119. NYMPHÆUM ubi INSANA LAURUS = [Δάφνη] Ψυχόνους apud Gillium (confer Δάφνη Μαινομένη apud Arrian. Peripl. P. Eux. cap. XXXVII).
120. MOUCAPORIS sinus.
(Desinit in textu Græco lacuna.)
121. Αἰετοῦ Ῥύγχος ἀκρωτήριον.
122. Ἄμυκος κόλπος (confer *Portus Amyci* apud Plin. V, XLIII, 3).
123. Γρωνυχία πεδίον quod postea appellatum est Βεννύχιον teste Scholiasta (vide infra, scholion 67, pagg. 39 et 57).
124. Παλῶδες (confer Ὑπαλῶδες in mari Marcido, supra, n° 27).
125. Κατάγγιον κόλπος, qui postea appellatus est Κατάκιον teste Scholiasta (vide infra, scholion 68, pagg. 39 et 57).
126. Ὀξύρρους ἄκρα.
127. Φρύξου λιμήν.
128. Φιέλα portus Chalcedoniorum.
129. Θέατρον tumulus.
130. Λέμβος ἄκρα.
131. Βλάβη insula sita in ore τοῦ λεγομένου Βαθέος ἐν τῷ Ἀσιανῷ μέρει αἰγιαλοῦ teste Scholiasta (vide infra, scholion 71, pagg. 39 et 57).
132. Ποταμώνιον.
133. Ναυσίκλεια.
134. Ἐχαία ἀκρωτήριον.
135. Λυκάδιον vel Κυκλάδιον κόλπος.
136. Ναυσιμάχιον.
137. Κικόνιον.
138. Ἄκραι Ῥοιζοῦσαι.
139. Δίσκοι.
140. Μέτωπον Asiaticum Metopo Europæo parallelum (vide supra, n° 52).
141. Χρυσόπολις (confer *Chrysopolis* apud Plin. V, XLIII, 3).
142. Βοῦς.
143. Ἡραγόρα κρήνη.
144. Τέμενος ἥρωος Εὐρώστου.
145. Ἵμερος ποταμός.
146. Τέμενος Ἀφροδίτης.
147. Χαλκηδὼν ποταμός.
148. Χαλκηδὼν πόλις (CALCHEDON apud Plin. V, XLIII, 2, ubi *Procerastis antea dicta, dein Colpusa, postea Cæcorum oppidum.* — Confer in nummis ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ).
149. Λιμένες.
150. Τέμενος Ἀπόλλωνος.

INTERPRETATIO SIGLORUM.

A membranæ olim Batopedianæ nunc Parisinæ sæculo ut videtur XIII° exaratæ.
A[1] apographum chartaceum manu ipsius Μηνᾶ τοῦ Μινωΐδου anno 1841 exscriptum.
A[2] laterculus græce scriptus quo continetur notitia codicis Geographorum vetusti.
B codex Parisinus Græcus 1406.
C codex Parisinus Græcus 1405.
D codex Parisinus Græcus 2554, pars I.
E codex Parisinus Græcus 2554, pars II.
F recensio fragmentorum Frickiana.
Gb fragmenta versionis Gillianæ Latina quæ continentur libris *De Bosporo Thracio* tribus.
Gc fragmenta versionis Gillianæ Latina quæ continentur libris *De topographia Constantinopoleos* quatuor.
M recensio fragmentorum Mülleriana.
P codex Palatinus 398.
Q codex Parisinus Græcus 1357 *A*.
R codex Parisinus Græcus 1346.
S codex Parisinus suppl. gr. 607 *A*.
T codex Parisinus Græcus 1310.
V codex Parisinus Græcus 1766.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΑΝΑΠΛΟΥΣ ΒΟΣΠΟΡΟΥ.

DIONYSII BYZANTII

PER BOSPORUM NAVIGATIO.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΑΝΑΠΛΟΥΣ ΒΟΣΠΟΡΟΥ.

I. Εἰ μόνην συνέϐαινε τοῖς ἀναπλέουσιν εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον καὶ τὸ καλούμενον αὐτοῦ Στόμα τερπνὴν ἅμα καὶ θαυμαστὴν εἶναι τὴν ὄψιν, δυσχερὴς ἦν ἄλλως ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ὁ λόγος· ἀπείργαστο γὰρ δὴ τὸ σύμπαν ὑπὸ τῆς ὄψεως, ἀξιοθαύμαστον ἑαυτὴν παρεχομένης κατά τε ἐγγύτητα καὶ στενοχωρίαν τοῦ πορθμοῦ καὶ τὴν δι' ὀλίγου τῆς θαλάττης πρὸς ἀμφοτέραν τὴν ἤπειρον ἐπιμιξίαν [καὶ] ἐγγυϐαθῆ κόλπων καὶ λιμένων ἀνάχυσιν· ὑφ' ὧν οὐχ ἧττον εὔθηρός ἐστιν ἢ σκεπανή· καὶ τοῦ ῥεύματος τὸ μὲν πλέον κατιόντος, ἔστι δὲ ὅτε κατ' ἐπικράτειαν ἀναστρέφοντος· εἰσιόντων τε τῶν ἀκρωτηρίων τὴν περιαγωγὴν παρ' ἀλλήλων ἀναπλυσσομένων, καὶ ἐκ τῆς κατ' εὐθὺ πορείας ἀναλυόντων τοῦ ῥεύματος τὴν βίαν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐλάττω παρέχεται τῆς ὄψεως τὴν ἀκρόασιν, ἀναγκαῖον

1. συνέϐαναι E. ‖ 4. κατά, τε A. τε om. B. ‖ 6. καὶ om. ABCDE. ‖ 7. ἡ σκεπάνη ABCDE. ‖ 8. ματιόντος B. ‖ 10. κατ' εὐθυπορίας ABCDE. ‖ 11. ταρέχεται CDE.

DIONYSII BYZANTII

PER BOSPORUM NAVIGATIO.

I. Si forte eveniret ut iis qui adnavigant versus Pontum Euxinum et quod appellatur Os ejus nulla esset nisi oculorum tum voluptas tum admiratio, molesta quidem forent ut in spectatis rebus verba; opus enim totum conficeretur visione, admirabilem semetipsam præbente, tum propter vicinitatem atque angustias freti, tum propter mare brevi intervallo duas continentes alluens, et sinus portusque statim ab littore profundos infundens: unde non minus piscibus venandis quam tutandis navibus fit aptum; quum etiam fluxus plerumque quidem recta decurrat, interdum vero violens retro cedat, quumque immineant promontoria parallelas utrinque curvaturas expandentia et declinatam a recto cursu fluctuum vim resolventia. Sed quoniam haud inferiorem præbet auditionem visione, necessarium esse

Tit. *Dionysii Anaplus. Bosporicus Anaplus* Gb. *Bospori circumnavigatio* Gc.

ἔδοξέ μοι συγγράψαι περὶ τούτων, ὡς τοῖς μὲν ἰδοῦσι μηδὲν ἐνδέοι τῆς ὁλοκλήρου καὶ τελειοτάτης ἱστορίας, οἱ δὲ μὴ θεασάμενοι τὸ γοῦν ἀκηκοέναι περὶ αὐτῶν ἔχοιεν.

II. Ἀρχὴ δὲ αὐτὴ τοῦ τε λόγου καὶ τῆς τῶν χωρίων φύσεως πέλαγός ἐστιν ὁ Πόντος ὁ Εὔξεινος, μεγέθει τῶν ἄλλων πλεῖστον, ὅσα μὴ πρὸς τὴν ἔξω θάλασσαν ἰσώσασθαι· μόνη δ' ὑπὲρ αὐτὸν ἀνακέχυται λίμνη Μαιῶτις, ἣν μητέρα καὶ τροφὸν τοῦ Πόντου κατεφήμισε λόγος, ἐκ παλαιᾶς μνήμης παραδεδομένος· ταύτης τὸ μὲν περίμετρόν ἐστι δισχιλίων σταδίων· τὸ δὲ πέρας, ποταμὸς ὁ Τάναϊς, ὅρος τῶν δυεῖν ἠπείρων, ἀνατέλλων ἐκ τῆς διὰ κρυμὸν ἀοικήτου· στεναὶ δὲ ἐκβολαὶ κατὰ τὸν καλούμενον Κιμμέριον Βόσπορον· ὑποδέχεται δὲ αὐτὴν ἀθρόαν ὁ Πόντος, καὶ πολὺς ἐπ' ἀμφοτέραν τὴν ἤπειρον ἀναχωρεῖ. Περιοικοῦσι δ' αὐτὸν, πρὸς θαλάττῃ μὲν, πόλεις Ἑλληνίδες, ἃς μετὰ τὴν τοῦ Βυζαντίου γένεσιν ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων ἀπῴκισαν· ὑπὲρ δὲ τὴν θάλασσαν, ἔθνη βάρβαρα πολλὰ καὶ μεγάλα. Μετέχει δὲ τῆς λίμνης θάλαττα τρεπομένη, καὶ πλήθη τῶν ἀφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου κατερχομένων ποταμῶν ἐπιγλυκαίνει τὴν φυσικὴν δεινότητα. Τελευτᾷ δὲ εἰς τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον, καὶ διὰ τοῦ Στόματος ἐκπίπτει.

1. συγράψαι B. || 4. αὔτη ABCDE. — τοῦ, τε A. — φύσεως. Πέλαγος A. φύσεως: πέλαγος B. φύσεως. Πέλαγος D. φύσεως· πέλαγος CE. || 8. παραδεδομένης CDE. || 9. ποτάναϊς CDE. — ὁρος BCDE. || 9. ἠπείρων. Τέλος ἀμὴν C.

existimavi de hoc argumento conscribere, ut iis quidem qui viderint nihil deesset ad integram perfectamque rerum cognitionem, ii vero qui non spectaverint auditu saltem percepta habeant.

II. Principium idem tum orationis, tum locorum naturæ pelagus est Pontus Euxinus, magnitudine cetera superans quotquot cum extero mari non comparantur. Una supra Pontum palus effusa est Mæotis, quam matrem et nutricem Ponti divulgavit hominum sermo, jam ab usque antiqua memoria traditus. Hujus quidem circuitus est bis mille stadiorum; finis vero fluvius Tanais, limes Europæ et Asiæ, qui erumpens ex regione propter frigus deserta, per angustas fauces exit in Cimmerium appellatum Bosporum. Mæotidem aquis abundantem excipit Pontus, qui et ipse in utramque continentem multus extenditur. Circa autem ipsum habitant in ora maritima civitates Græcæ quas, post ortum Byzantium, Græcorum quidam condiderunt. Supra autem mare sunt gentes barbaræ multæ magnæque. Particeps fit paludis mare immutatum, et immensa fluminum multitudo ab utraque continente decurrentium dulciorem reddit nativam aquæ vim. Exit vero in Thracium Bosporum, et per Os effluit.

3-6. Incipit Gb *Bospori Thracici origo est Pontus Euxinus. Supra pontum est Mæotis quam, etc.* || 7. *traditus. Mæotidis finis Tanais* Gb || 8-10. «qui erumpens..... Bosporum.» om. Gb. || 10-15. *Mæotidem Cimmerico freto excipit Pontus* [*qui*] *auctus Mæotide et multis magnisque fluminibus per Thracium Euripum exit in Propontidem* Gb.

III. Τοῦτο ϖορθμὸς ἐστι ῥοώδης. Μῆκος μὲν, $\overline{\rho\kappa}$ σταδίων· εὖρος δὲ, ᾗ στενώτατος αὐτὸς ἑαυτοῦ, τεττάρων. Οὔτι γε μὴν θηρίων γόνιμος, εἴτε Ἡρακλέους ἀνακαθηραμένου τὸν Πόντον, ὡς λόγος, εἴτε καὶ διὰ τὴν τῆς θαλάττης ϖροτροπήν· οὐδ' εὐθυτενὴς, ἀλλὰ συνεχέσι καὶ ϖαραλλήλοις ὑπεροχαῖς ἀκρωτηρίων ἀγνύμενος, ϖαρ' ὃ καὶ δῖναι συνεχεῖς καὶ ἀνακοπαὶ τῆς θαλάττης· κυκᾷ μὲν γὰρ ἐν ὀλίγῳ τὸ ῥεῦμα, καὶ τῇ στενοχωρίᾳ τῶν ἠπείρων θλιϐόμενον σπασμῷ καὶ ταράχῳ κάτεισιν. Ὑποτροχάζουσι δὲ ἀλλήλαις αἱ τῶν ἠπείρων ἄκραι, καὶ τῷ ϖαρὰ μικρὸν ἐξαπατῶσιν ὡς εἴργουσαι τοῦ ϖρόσω τοὺς ϖλέοντας· ἔνθεν μοι δοκοῦσι καὶ Συμπληγάδας ὀνομάσαι τὰς ϖέτρας, ἐπειδὴ ϖροσπλεόντων τε διΐστανται καὶ ἀναχωρούντων συνίασι, ψευδομένης τῆς ϖροσόψεως τὴν δόξαν· ὅ, τι γὰρ δοκεῖ ϖέρας εἶναι, τοῦτ' ἔστιν εὐθὺς ἀρχή.

IV. Φέρεται δὲ ὁ ῥοῦς ἕλικα ϖορείαν, καὶ καθ' ὃ ϖρῶτον ἐφίησι τῶν χωρίων ἡ φύσις, ἀθροῦς ἐλαυνόμενος σχίζεται ϖερὶ τὴν Βοσπόριον ἄκραν· ἥδε ἐστὶν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, ϖροπίπτουσα μὲν τῆς ϖόλεως, διαστήματι δὲ ἑπτασταδίῳ ϖρὸς τὴν Ἀσίαν ἀπαντῶσα.

2. στενότατος A. || 6. κύκῳ A. || 11. ὅτι A. || 12. τουτέστϊν A. || 13. καθὸ A. || 15. ἡ δὲ A.

III. Os vero fretum est æstuosum. Cujus longitudo quidem centum et viginti stadia patet; latitudo vero, qua ipsum angustissimum, est quatuor stadiorum. Illud autem animalia non gignit, sive quia Hercules Pontum repurgavit, ut fert hominum sermo, sive quia mare omnia proripit. Neque vero Bosporus directus, sed continuis et parallelis promontoriorum eminentiis fractus, propter quod et vortices continui et reciprocationes maris. Nam in [spatio] arctissimo miscetur, atque angustiis continentium pressus proclivior incitatiorque labitur. Prævertunt enim et tanquam se invicem supplantant et propemodum decipiunt promontoria tanquam prohibentia navigantes ulterius progredi. Unde mihi videntur Symplegades nominasse petras, quoniam adnavigantibus quidem aperiri, recedentibus vero claudi videntur, fallente adspectu opinionem. Id enim quod videtur finis, statim principium esse apparet.

IV. Fluxus autem pergit flexuosus, atque ubi primum concedit locorum natura, densus ruit et scinditur circa promontorium Bosporium. Quod situm est in ora Europæa, prævertens quidem mœnia Byzantii, distans vero septem stadia ab ora Asiatica.

3-4. «Illud autem... proripit» om. Gb. || 5. *sed continuus* Gb. || 5-7. «propter quod... labitur» om. Gb. || 8. *se decipiunt* Gb. || 10-11. *adnavigantibus modo aperiri modo claudi videntur* Gb. || 13-15. «Fluxus ..vero» om. Gb. || 15. *Dionysius Byzantius canalem Bospori intercurrentem inter promontorium nuncupatum Bovem sive Damalim et contrarium promontorium Bosporium nominatum in quo Byzantium situm est scribit latum esse septem stadia* Gb. || 15-p. 4, l. 10. «ab ora... triginta quinque» om. Gb.

V. Κατὰ δὲ ὀξὺ ῥηγνυμένου περὶ αὐτὴν τοῦ ῥεύματος, τὸ μὲν πολὺ καὶ βίαιον ὠθεῖ κατὰ τῆς Προποντίδος· ὅσον δὲ πραῢ καὶ θήρας ἰχθύων ἀγωγὸν, ὑποδέχεται τῷ καλουμένῳ Κέρατι· κόλπος οὗτος ὑπὸ τὴν Βοσπόριον ἄκραν. Βαθὺς μὲν πλέον ἢ καθ' ὅρμον· ἑξήκοντα γὰρ ἀνακέχυται σταδίοις· ἀσφαλὴς δὲ ὅσα λιμήν· ἐν κύκλῳ μὲν, ὄρεσι καὶ λόφοις ἃ πρὸ τῶν πνευμάτων· κατόπιν δὲ, ποταμοῖς βαθεῖαν καὶ μαλθακὴν καταφέρουσιν ἰλύν· κατὰ στόμα δὲ, ὑπὸ τῆς ἄκρας ἐφ' ἧς ἡ πόλις.

VI. Ἔστι δ' αὕτη τῇ θαλάττῃ πᾶσα, πλὴν τοῦ συνάπτοντος αὐτὴν πρὸς τὴν ἤπειρον ἰσθμοῦ. Μέγεθος δὲ τοῦ μὲν παντὸς περιβόλου, τριακονταπέντε σταδίων· τοῦ δὲ αὐχένος, ὑφ' οὗ διείργεται τὸ μὴ νῆσος εἶναι, πέντε. Ἐννένευκε δὲ ἐπὶ τὴν θάλατταν ἅπαν τὸ περικλυζόμενον αὐτῆς, πλὴν οὐκ ἀθρόως ἀπὸ τοῦ Θρᾳκίου τείχους ἠρέμα πρὸς ἀμφότερον μέρος ἀποκλίνεται· διὰ μέσου δὲ ἐπιεικῶς ὁμαλὴς, ὅσα μὴ πρὸς τοῖς ἄκροις, καὶ τοὐντεῦθεν ἐπ' ἀμφοτέραν πεδία γῆς τὴν θάλατταν. Ἥδε πᾶσαν περιρρεῖ τὴν πόλιν ἀγχιβαθὴς καὶ ῥοώδης, ἐλαυνομένη μὲν ὑπὸ τοῦ Ποντικοῦ πελάγους καὶ διὰ στενότητα τοῦ πόρου καὶ τὰς ἐκ τῶν ἠπείρων πληγὰς καὶ ἀντιτυπίας ἀθρόα προσπίπτουσα τῇ πόλει, σχιζομένη δὲ περὶ τὴν Βοσπό-

6. βαθεῖαν A. || 10. τομὴ νῆσος A. || 13. ὁμαλῆς A. || 14. ἡ δὲ A.

V. Cujus promontorii mucrone quum in duas partes dividatur fluctus, altera quidem major et violentior præcipitat in Propontidem; altera vero debilior atque venandorum piscium ferax defluit in sinum Cornu nuncupatum, qui sub promontorium Bosporium est. Ipse sinus profundior quam pro navium statione, quippe qui super sexaginta stadia effundatur; idem tutus perinde ac si portus esset, quum circumdatus sit perpetuo montium colliumque cinctu ventos prohibentium, a tergo autem flumina devehant profundam mollemque terræ aggerationem, in ore vero promontorium emineat ubi situm est Byzantium.

VI. Est autem urbs tota maritima, excepto isthmo quo continenti conjungitur. Magnitudo ambitus universi triginta quinque stadia complectitur; collum vero, quo prohibetur ne [urbs] sit insula, quinque. Prona vergit ad mare ea pars urbis quæ fluctibus alluitur, neque ipsa profecto nisi a Thracio muro leniter in utrumque latus decrescit. In medio autem planities interjacet æquabiliter fusa exceptis promontoriis, atque inde campi versus utrumque mare expanduntur. Ipsum autem mare urbem circumfluit totam, statim ab littore profundum et fluctuans: quippe impulsu pelagi Pontici incitatum et angustiis freti et alterno littorum percussu ac repulsu, præceps defertur ad urbem; ubi vero discissum fuit mucrone promontorii Bosporii, pars ejus defluit in sinum magnum ac piscosum, desinitque in tenues

10. *Dionysius Byzantius ait ambitum Byzantii circiter quadraginta stadia complexum fuisse* Gb. || 10-p. 5, l. 1. «complectitur... Nuncupatur autem» om. Gb.

ριον ἄκραν· τὸ μὲν αὐτῆς εἰς κόλπον ὑποχωρεῖ πολὺν καὶ εὔθηρον, τελευτᾷ δὲ εἰς ἐλαφρὰς καὶ τεναγώδεις ἀποβάσεις· καλεῖται δὲ Κέρας, κατὰ τὸ ἐμφερὲς τοῦ σχήματος. Παρέρχεται δὲ κόλπου μὲν μέγεθος, ὡς προείρηται, λιμένος δὲ εὐκαιρίαν· ὄρη τε γὰρ αὐτὸν μεγάλα περιέχει πρὸς τὴν βίαν τῶν πνευμάτων ἀμύνοντα· τὴν δὲ θάλατταν εἴργει κατὰ στόμα μὲν ἡ πόλις ἥ τε ἄντικρυς ἤπειρος πολλὴ παραθέουσα καὶ νοσφιζομένη τοῦ ῥοῦ τὸ τάχος, ἐκ πλαγίου δ' ἡ στενότης. Καὶ τὰ μὲν καθόλου, βουλομένοις μὴ μακρὰν περιάγειν· ταὐτὰ τὰ δὲ ἐπὶ μέρους ἤδη λεκτέον.

VII. Περὶ μὲν οὖν τῆς ἄκρας ἣν Βοσπόριον καλοῦμεν, διττὸς κατέχει λόγος· οἱ μὲν γάρ φασι βοῦν, οἴστρῳ κατ' αὐτὴν ἐνεχθεῖσαν, διανήξασθαι τὸν μεταξὺ πόρον· οἱ δὲ μυθωδέστερον ἀπομνημονεύοντες Ἰὼ τὴν Ἰνάχου, κατὰ ζῆλον Ἥρας ἐλαυνομένην, ἔνθεν εἰς τὴν Ἀσίαν διαπεράσαι. Πεπιστεύσθω δὲ τῶν λόγων ὁ θειότερος· οὐ γὰρ ἄν μοι δοκῇ τοσοῦτον ἐπικρατῆσαι τὸ ἐπιχώριον πάθος ὥστε ἀπ' αὐτοῦ τὸν μὲν Κιμμέριον, τὸν δὲ Θράκιον καλεῖσθαι Βόσπορον, εἰ μή τι μεῖζον ἦν τῆς τοπικῆς ἱστορίας. Κληρονομεῖ δ' οὖν ἀπὸ τῆς τοῦ συμβεβηκότος μνήμης τοὔνομα.

VIII. Μικρὸν δὲ ὑπὲρ αὐτήν, Ἐκβασίου βωμὸς Ἀθηνᾶς· ἔνθεν ἐκβάντες οἱ τὴν ἀποικίαν στολαγωγήσαντες εὐθὺς ὡς ὑπὲρ ἰδίας ἠγωνίζοντο τῆς γῆς.

8. ταῦτα τὰ δὲ A. || 11. ἰνὼ τὴν ἰνάχου A. || 12-13. πεπϊστεύθω A.

ac paludosos recessus. Nuncupatur autem Cornu a similitudine figuræ. Superat autem tum sinus magnitudinem, ut prædictum est, tum portus commoditatem. Etenim montibus excelsis circumclusus a vi ventorum defenditur: maris autem incursum prohibent, ab ostio quidem, tum urbs tum opposita continens quæ multum præcurrens cohibet fluxus rapiditatem; a latere vero, ipsa [loci] angustia. Atque hæc quidem summatim [scripsi], iis qui nolunt longius circumagere; jam vero eadem hæc singulatim repetenda.

VII. De promontorio quod *Bosporium* nominamus, duplex vulgatur sermo: alii dicunt bovem œstro stimulatam ad ipsum illatam transisse meatum medium; alii fabulosius commemorant Io Inachi filiam, ira Iunonis stimulatam, illinc in Asiam trajecisse. Credatur autem sermo hic divinior: nam haud existimaverim eventum illum localem adeo prævaluisse ut ex eo hinc Cimmerius, illinc Thracius appellaretur Bosporus, nisi esset aliquid majus quam loci historia. Reliquit igitur eventus memoria [promontorio] nomen.

VIII. Paulo supra mucronem promontorii Bosporii *ara Minervæ Ecbasiæ* exsistit in loco ad quem egressi coloniæ deductores confestim pugnarunt tanquam pro patrio solo.

1. *a similitudine quam habet cum cornu* Gb. || 1-7. «Superat...... repetenda» om. Gb. || 8. *Bosporium appellamus pervulgatur* omisso «duplex» Gb. || 9. *stimulatum* Gb. || 10-11. *transnatasse in Asiam* Gb. || 11-14. «Credatur... nomen» om. Gb Gc. || 15. *Dionysius addit..... fuisse aram Minervæ Ecbasiæ id est Egressoriæ* Gc.—*Ecbasion* Gb.

IX. Καὶ Ποσειδῶνος νεὼς, ἀρχαῖος μὲν παρ' ὃ καὶ λιτὸς, ἐπιϐεϐηκὼς δὲ τῇ θαλάτῃ. Τοῦτον δὲ μετάρασθαι προελομένων τῶν αὖθις εἰς τὸν ὑπὲρ τοῦ σταδίου μάλα καλὸν καὶ μέγαν καὶ ἐν ὀλίγοις τῶν ὁμοίων θαυμάσιον, οὐκ ἐφίησι· χρωμένοις γὰρ ἀπεῖπεν, εἴτε ἀγαπῶν τὴν πρόσοικον θαλάτῃ φιλοχωρίαν, εἴτε ἐνδεικνύμενος ὡς ὀλίγον ἄρα πρὸς τὴν εὐσέϐειαν πλοῦτος.

X. Ὑπὸ δὲ τὸν νεὼν τοῦ Ποσειδῶνος, ἔνδοθεν μὲν τοῦ τείχους, στάδια καὶ γυμνάσια καὶ δρόμοι νέων ἐν τοῖς ἐπιπέδοις· ἐκ θαλάτης δὲ, ἠρέμα ῥοώδης καὶ εἰς τὸ Κέρας ἐπάντης ὁ πλοῦς.

XI. Ὑποδέχονται δὲ τῆς ἄκρας τὴν πρώτην περιαγωγὴν τρεῖς λιμένες, ὧν ὁ διὰ μέσου βαθὺς ἐπιεικῶς, καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀνέμων ἀνήκοος· λιϐὸς δὲ ἐκνικήσαντος, οὐκ εἰς ἅπαν ὀχυρός· κλειστὸς δὲ ἀμφοτέρωθεν· εἴργεται γὰρ ὑποδομήσεσι τειχίων ἡ τῆς θαλάτης ἐπιδρομή.

XII. Τὸν δὲ ἔνθεν παραμειψάμενοι κατὰ βάθος κείμενον πύργον, περιφερῆ μὲν τὸ σχῆμα, πολὺν δὲ ἐπὶ πᾶν μέγεθος, συνάπτοντα δὲ πρὸς τὴν ἤπειρον τὸ τεῖχος· πρῶτον μὲν πεδίον τοῦ διείργοντος τὸ μὴ νῆσον εἶναι

1. παρὸ A. ‖ 2. τούτων δὲ μετάρασθαι προελομένων τῶν αὖθις A. ‖ 5. θαλάτη A. ‖ 14. πῦργον A. ‖ 15. ἐπὶ πᾶν A. ‖ 16. τομὴ, νῆσον A.

IX. Supra etiam [promontorium Bosporium] *templum* est *Neptuni,* antiquum quidem, propter quod et simplex, eminens vero in mare. Sed posteris in locum supra stadium ornatissimum et amplissimum et in paucis mirabilem transferre conantibus non permisit [se transferri]; consulentibus enim abnuit, sive amans locum mari vicinum, sive ostendens parvi momenti esse divitias pietati comparatas.

X. Sub templo Neptuni, intra [urbis] murum, sunt *stadia* et *gymnasia* et *curricula juvenum* in planitie. At ex maris parte est navigatio leniter fluctuans et in [sinum] Cornu proclivis.

XI. Excipiunt autem primam promontorii [Bosporii] conversionem *tres portus,* quorum medius satis profundus a ceteris quidem ventis tegitur, ab Africo vero dominante tutus omnino non est: clausus autem utrinque, nam substructionibus mœnium coercetur maris incursus.

XII. Prætereuntibus deinde sitam in profundo *turrem,* figura quidem rotundam. ex omni vero parte amplam, quæ jungit continenti [urbis] mœnia, primus occurrit

1-3. *antiquum apud quod fuit* LAPIS *in mare eminens quem Byzantinis in locum ornatiorem transferre c.* Gb. ‖ 4. «consulentibus enim abnuit» om. Gb. ‖ 5. «comparatas» om. Gb. ‖ 6. *erant stadia* Gb. *fuisse stadia* Gc. ‖ 7. *erat navigatio i. s. Ceras leniter fluens* Gb. *fluctuans et adversa* Gc. ‖ 9. *excipiebat* Gb. — *circumflexionem* Gb. *circuitionem* Gc. ‖ 10-11. *a ceteris ventis tegebatur, ab Africo tutus omnino non erat* Gb. ‖ 11-12. «clausus... incursus» om. Gb. Gc. ‖ 13-14. *deinde turris bene magna rotunda continenti jungebat urbis mœnia* Gb. ‖ 14-p. 7, l. 1. *primus post mœnia campus erat* Gb.

τὴν πόλιν αὐχένος, ἠρέμα κατιόντος ἐπὶ τὴν ἀκτήν· ἔπειτα Γῆς Ὀνησιδώρας τέμενος ὑπὲρ τῆς θαλάσσης, κατὰ κορυφῆς μὲν ἄστεγον, ἐπισημηναμένων, οἶμαι, τῶν ἀρχαίων τῆς Γῆς τὸ αὐτεξούσιον, λίθου δὲ ξεστοῦ περιβόλῳ συγκλειόμενον.

XIII. Μικρὸν δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ Δήμητρος καὶ Κόρης παράλληλα· γραφαὶ δὲ ἐν αὐτοῖς ἱκαναί, τῆς πρόσθεν εὐδαιμονίας παράσημον ἔτι λείψανον· τά γε μὴν ξόανα, τέχνης ἀκριβοῦς οὐδὲν χεῖρω τῶν ἄκρων.

XIV. Κατὰ δὲ ἀπόβασιν τῆς θαλάττης δύο νεὼ, Ἥρας καὶ Πλούτωνος· λέγεται δὲ αὐτῶν οὐδὲν, ὅτι μὴ τοὔνομα· τὸν μὲν γὰρ οἱ σὺν Δαρείῳ κατὰ τὴν Περσῶν ἐπὶ Σκύθας ἔλασιν ἐνέπρησαν, τῷ βασιλεῖ τιμωροῦντες ἀνθ' ὧν ᾐτιᾶτο τὴν πόλιν· τὸν δὲ τοῦ Πλούτωνος ὁ Μακεδὼν Φίλιππος, ἡνίκα προεκαθέζετο τῇ πόλει, χρείᾳ τῆς ὕλης καθεῖλε· προστίθησι δὲ ἡ μνήμη τοῖς χωρίοις τὴν ἐπωνυμίαν· τὸ μὲν γὰρ ἡ τοῦ Πλούτωνος ἄκρα, τὸ δὲ [Ἡραία ἄκρα] λέγεται. Πολυείδῳ μάντει καὶ τοῖς ἐκείνου παισὶν ἐνταῦθα καθ' ἕκαστον ἔτος ἐντέμνεται σφάγια, τοῦ μὲν λήγοντος ἔτους, τοῦ δὲ ἱσταμένου· τὸ δὲ ἔθνος Μεγαρικόν.

9-10. *οἱ σὺν δαρείῳ περσῶν κατὰ τὴν ἐπὶ σκύθ. ἐλ.* A. || 14. *τὸ δὲ ἡραγτά λέγεται* A.

campus [peninsulæ] cervicis sensim descendentis ad littus, et ne urbs sit insula prohibentis. Post est *templum Telluris Almæ* super mare, cujus quidem fastigium tecto caret, significantibus, opinor, antiquis vim Telluris liberam; parietes vero quibus clauditur sunt lapide expolito constructi.

XIII. Paulo supra Telluris ædem sunt *templa Cereris et Proserpinæ* paria, in quibus picturæ sat multæ, priscæ felicitatis insignes reliquiæ; statuæ autem exactæ artis, nihilo summa arte elaboratis inferiores.

XIV. Item ad recessum maris duæ *ædes Plutonis et Junonis*, quarum solum nomen exstat. Illam enim Persæ exusserunt in expeditione Darii contra Scythas, ea ulciscentes quæ [Byzantina] civitas commisisse contra regem accusabatur. Plutonis templum Philippus Macedo, quum urbem obsideret, inopia materiæ demolitus est; locorum vero cognomina memoria hominum retinuit. Hic enim *Plutonis Acra*, ille *Heræa* [Junonia] *Acra* dicitur. Polyido vati et filiis ejus illic quotannis mactantur victimæ, tum exeunte anno tum ineunte. Est vero gens Megarica.

2. *erat templum* Gb. — «Almæ» om. Gb. Gc. || 2-3. *tecto carens significabat antiquam Terræ libertatem* Gb. *templum non tectum designans antiquæ Telluris vim liberam* Gc. || 4. *claudebatur erant* Gb. || 5. *erant templa* Gb. — *Proserpinæ quam nominat Κόρην* Gc. || 7. *inferiores erant* Gb. || 8. *in abscessu maris* Gb. *ad recessum abscedentem a mari* Gb. *ad exitum sive abscessum maris* Gc. *κατὰ ἀπόβασιν τῆς θαλάσσης* Gb. *θαλάττης* Gc. || 9. *in expeditione* CYRI *contra Scythas* Gb. || 12-13. *Heræam (acram) id est Junoniam* Gc. — *ubi quotannis victimam primo anni die mactat gens Megarica* Gb. *ibique juvenes quotannis hostias mactasse anno desinente et incipiente* Gc.

XV. *Ἔνθεν Σκιρωνίδες ὠνομάσθησαν πέτραι, τοὔνομα καθ' ὁμοιότητα τῆς δυσχωρίας Κορινθίων θεμένων· ἐκοινώνησαν γὰρ Κορίνθιοι τῆς ἀποικίας, καὶ τὰ εἰκότα θαυμάζονται.*

XVI. *Μεθ' ἃς προμήκης αἰγιαλὸς, χωρίον οὐδενὸς τῶν ἀρίστων εἰς θήραν ἰχθύων χεῖρον, πρός τε τοῦ βυθοῦ τὸ μέγεθος (ἐν ὀλίγοις γὰρ ἀγχιβαθὴς) καὶ τῆς θαλάττης τὸ πραῢ καὶ εἰς τὴν ἀκτὴν ἐπίδρομον. Κύκλα δὲ ὠνόμασται, κυκλωσαμένων, ὡς οἶμαι, τῶν Ἑλλήνων ἐνταῦθα τοὺς βαρβάρους. Παρ' ὃ καὶ βωμὸς Σκεδ[ασίου] Ἀθηνᾶς, αἰνιττόμενος τὸν ἐκ τῆς κυκλώσεως τοῦ πλήθους σκεδασμόν.*

XVII. *Τὰ Κύκλα δὲ ἐκδέχεται Μελίας κόλπος, εὔθηρος μὲν ὡς οὐχ ἕτερος· ἐν ἅπασι γὰρ δὴ πάντων περίεστι· ταῖς δὲ ἀνατεινούσαις ἄκραις καὶ τοῖς ὑπ' ἀμφότερον ὑφάλοις ἕρμασι συγκλειόμενος. Ὠνόμασται δὲ ἀπό τινος ἥρωος ἐπιχωρίου, καὶ ἔστι περὶ τὴν ἄγραν τῶν ἰχθύων ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἀναμάρτητος.*

XVIII. *Μεθ' ὃν ὁ καλούμενος Κῆπος, τὸ μὲν ὄνομα λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς· κηπεύεσθαι γὰρ ἐν ὀλίγοις ἀγαθή· τὴν δὲ ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἐργασίαν*

4. *χωρίον, οὐδενὸς* A. || 5. *χεῖρ* corr. in *χείρων* A. || 8. *σκέδας ἀθηνᾶς αἰνιττόμενον* A.

XV. Inde *Scironides* nuncupatæ sunt *petræ,* nomen a similitudine loci difficilis Corinthiis imponentibus: etenim participes coloniæ [deductæ Byzantium] fuerunt Corinthii, ideoque solenni admiratione coluntur.

XVI. Post Scironides petras longum littus, nullo optimorum deterius ad capturam piscium ob vadi altitudinem (nam ex paucis usque ad marginem profundum est) atque etiam propter tranquillitatem maris aditusque facilitatem. Nuncupatur autem *Cycla,* ex eo quod in hoc littore (ut opinor) Græci barbaros circumcluserint. In eodem littore *ara* consecrata est *Minervæ Dissipatoriæ,* desiguans ex circumclusione multitudinis dissipationem.

XVII. Cycla autem *Melias* sinus excipit, piscosus quidem si quis alter: in omnibus enim omnes superat, promontoriis prominentibus et cautibus sub aqua delitescentibus utrinque conclusus. Hic sinus, a quodam heroe indigena nomen adeptus, ut plurimum nunquam fallit piscatorem.

XVIII. Post Meliam sinum [sequitur] locus appellatus Κῆπος (*Hortus*), nomen quidem adeptus ex terra inter paucas ad culturam hortorum idonea, maris vero

1-3. *post acram Plutonis et Junonis Dionysius ponit Scyronias petras nuncupatas a Corinthiis participibus coloniæ deductæ Byzantium qui his petris nomen imposuerunt a similitudine loci difficilis qualem habebant petræ Scyroniæ sitæ inter Megaram et Isthmum Corinthiacum* Gb. *ob similitudinem difficilis loci quam habent cum petris Scironiis sitis inter Isthmum Corinthiacum et Megaram* Gc. || 5. *ad piscatum atque ad vadi altitudinem* Gb. || 7-8. *circumclusos devicissent* Gb. || 10-12. *piscationi aptus si quis alter* (*alius* Gb.) *elatis promontorii lingulis atque utrinque saxis occultis conclusus* Gc. || 14-15. *Meliam sinum excipit locus appellatus* Κῆπος *a terra inter paucas apta ad hortensem culturam* Gc.

ἐπίκτητον ἔχων· οὐ πάλαι γὰρ ἀνευρίσκεται, τέως ἄρτι καὶ ἀνερεύνητος οὖσα.

XIX. Ἐπὶ δὲ αὐτῷ, τὸ καλούμενον Ἀψασιεῖον· ὠνόμασται δὲ οὕτως ἀπὸ τῶν ἀπὸ Ἀρκαδίας, καὶ Ζεὺς Ἀψάσιος ἐν τούτῳ τετίμηται. Παρέχει δὲ τῶν ἰχθύων τὴν καταγωγήν.

XX. Εἶτ' ἐνάκρα, πλεῖστον ὑπερτείνουσα τὰς ἄλλας, καὶ τοῦ τε ῥεύματος καὶ τῶν πνευμάτων τὴν βίαν ἐκδεχομένη. Ταύτης τὸ μὲν προέχον ἀπέρρωγεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ παραθεῖ βυθὸς ἀστήρικτος· τὸ δὲ κάτω, τὴν ἐντομὴν τῆς πέτρας εἰς πολλὴν διασφάγα κοπτόμενον, ὀλίγῃ συνῆπται τῇ πρὸς τὴν ἤπειρον κοινωνίᾳ, μέλλοντι καὶ λυομένῳ προσεοικός· ἡ δὲ εἰκὼν τῆς ὄψεως αὐτῷ τοὔνομα προστίθησι· Μελλαποκόψας γὰρ κέκληται.

XXI. Μετὰ τοῦτο δύο τόποι, θήρας διετησίους ἰχθύων παρεχόμενοι, κατά τε ὑποστολὰς τῶν ἀκρωτηρίων καὶ βάθη κόλπων εὐδίου καὶ νηνέμου τῆς θαλάττης εἰς αὐτοὺς ἀναχεομένης. Λέγεται δὲ ὁ μὲν Ἰνγενίδας, ἥρωος ἐπώνυμον ἐγχωρίου· Περαϊκὸς δὲ ἅτερος, ὡς μὲν ὁ πλείων κατέχει λόγος

1. ἄρτη A. || 4. ὑπὸ (corr. in ἀπὸ) τῶν. || 9. διασφάγαι A. || 12. θῆρας A.

lucrum adventitium insuper habens. Non enim [mare] olim ibi indagabatur, sed hucusque etiam inscrutabile manebat.

XIX. Supra Hortum est locus *Hapsasieum* appellatus. Ita autem nuncupatus est ab his qui ex Arcadia [venerunt], et Jupiter Hapsasius ibi colitur. Præbet autem piscibus diversorium.

XX. Postea [occurrit] promontorium, plurimum super alia promontoria eminens, atque fluctuum et ventorum violentiam excipiens. Hujus promontorii eminentia abrupta abit in mare, atque eam præterit pelagus haud tutum. Nam promontorii pars inferna, ubi sectio petræ in multam avulsionem abrumpitur, exigua conjungitur continenti societate, cunctanti et quam mox ruinam edituræ similis, unde similitudo adspectus illi nomen imponit : nam *Mellapocopsas* nominatur.

XXI. Post hoc, duo loca sunt omnibus anni temporibus piscium captum largientia, propter summissiones promontoriorum et sinuum altitudinem et remissionem maris placati et quieti a ventis in hæc loca refusi. Quorum alter *Ingenidas* dicitur, ab heroe eponymo indigena; alter *Peraïcus*, ut plurimus quidem habet

2. *sed otiosum* Gb. || 3. *Ἀψασιεῖον ab Arcadio nominatum in hoc loco situm est et Jupiter Ἀψάσιος colitur* Gb. *post Hortum sequitur locus Apsasius* Gc. || 7. «atque fluctuum et» om. Gb. || 8. *et haud firma præterit profundum mare* Gb. || 9. *sectionem petræ in multam avulsionem abrumpens* Gb. || 10. «societate» om. Gb. — *dissolvendæ et quam mox r. ed.* Gb. || 11. *nomen dedit* Gb. || 12. *omni tempore anni* Gc. || 13-14. *a summissionibus promontoriorum et remissione maris in hæc loca refusi alte sinuosi placati et tranquilli* Gb. *piscationem ad depressiones extremas quas efficiunt lingulæ collium et ad sinus profundos quietos a ventis largientia* Gc. || 15. *alter Piræicus a Piræo Atheniensi* Gc. *alter dicitur Pireicus ut multorum hominum habet sermo a Piræo Attico* Gb.

ἀπὸ Πειραιῶς τοῦ ϖρὸς τῇ ϖόλει τῶν Ἀθηναίων, ὡς δὲ ἔνιοί φασι Πέρωνος ἑνὸς τῶν ἀρχαίων οἰκητόρων ὀνομάσαντος ἀφ' ἑαυτοῦ. Μέσον δὲ ἀμφοῖν Κιττὸς, ὑπό τε ϖλήθους καὶ εὐτροφίας τοῦ φυομένου κιττοῦ.

XXII. Περαϊκῷ δὲ συνεχὴς Καμάρα, ϖροσάντης καὶ ϖνεύμασιν ἐπίδρομος ἀκτή· ϖαρ' ὃ καὶ ϖολλὴν ἐπιδέχεται τῆς θαλάσσης τὴν ἀνακοπήν.

XXIII. Ἔνθεν ἡ καλουμένη Σαπρὰ θάλασσα, ϖέραν μὲν τοῦ ϖαντὸς κόλπου (κεῖται γὰρ ἐν τῷ ϖυθμένι τοῦ Κέρατος), ἀρχὴ δὲ τῶν καταδιδόντων εἰς αὐτὴν ϖοταμῶν. Ὠνόμασται δὲ, οὐκ οἶδα εἴτε κατὰ τὴν ἐκείνων γειτνίασιν (ἐπειγόμενοι γὰρ διαφθείρουσι τῆς θαλάσσης τὸ αὐθιγενές), εἴτε καὶ ϖρὸς τὸ ἀκίνητον καὶ ἀπαθὲς ὑπὸ ϖνευμάτων· δύναιτο δ' ἂν μᾶλλον ὑπὸ τῆς ϖροχώσεως τῶν ϖοταμῶν, οἳ συνεχῆ καὶ μαλθακὴν καταφέροντες ἰλὺν, ἐλαφρὰν καὶ τεναγώδη ϖαρέχονται τὴν θάλασσαν. Θήρα δὲ κἀνταῦθα τῶν ἰχθύων. Καὶ τὸ μὲν ϖρῶτον τῶν χωρίων Πολυρρήτιον, ἀπὸ ἀνδρὸς Πολυρρήτου. Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο Βαθεῖα Σκοπιὰ, ϖρὸς τὸ βάθος τῆς θαλάσσης. Τρίτον Βλαχέρνας, ὄνομα βαρβαρικὸν ἀφ' ἑνὸς τῶν ταύτης βασιλέων. Καὶ τὸ τελευταῖον Ὑπαλῶδες, ἀπὸ τοῦ τελματώδη καὶ ϖηλῷ ϖροσεοικυῖαν ὑφιζάνειν αὐτῷ τὴν τῶν ϖοταμῶν ϖαραχώρησιν· οὐ γὰρ στεριφὸς οὐδὲ ὑπόψαμμος ὁ βυθός· ὅθεν οὐδὲ ναυσὶν ὅτι μὴ βραχείαις ϖερατὸς ὑπὸ

14. βαθεία A.

sermo, a Piræeo Attico, ut quidam vero dicunt, a Perone antiquo incola qui suum nomen dedit. In quorum medio est *Cittos* [locus, ita dictus] a multitudine hederæ ibi facile provenientis.

XXII. Peraïco continuus est *Camara* locus acclivis et ventis expositum littus, propter quod multam excipit maris refractionem.

XXIII. Inde nuncupatum *Marcidum mare*, finis totius sinus. Jacet enim in fundo sinus nuncupati *Cornu*. Initium ibi influentium in sinum fluminum. Invenit autem nomen, sive ob illorum vicinitatem corrumpentium impetu naturalem maris aquam, sive quod immobile et minus affectum ventis est, sive potius ab influxu fluminum assiduam mollemque materiam afferentium qua efficitur mare vadosum ac cœnosum. Ibi etiam est copia piscium. Primus [hujusce maris Marcidi] locus appellatur *Polyrrhetius*, a viro Polyrrheto. Post hunc locus est nominatus Βαθεῖα Σκοπιά (*Profunda specula*) ab altitudine maris. Tertius vocatur *Blachernæ*, nomen barbaricum a quodam rege ibi regnante adeptus. [Maris Marcidi] ultimus locus appellatur *Hypalodes* ex eo quod in illo subsidat lutulenta ac cœno similis fluminum secessio.

1. «Perone» om. Gb Gc. || 4. *Piræico* Gb. *Pireico* Gc. || 5. *multum a mari percutitur* Gc. || 6. *locum nuncupatum Camaram excipit* Σαπρὰ θάλασσα *id est Marcidum mare* Gb. *inde supra* (sic pro *Sapra*) *Thalassa* Gc. || 12-13. *post hunc Vateia scopia a mari profundo* Gc. || 13. *Blachernas* Gb Gc. || 14. *ultimus locus appellatur Paludes* Gb. *ultimus Paludes* Gc. || 15. «ac cœno similis» om. Gb.

ϖλήθους τῆς καταδιδούσης ἰλύος. Τὸ δὲ ἔνθεν, μετέωρος καὶ τεναγώδης ἀνάχυσις ἄχρις ἐπὶ τὰς ἐκϐολὰς τῶν ϖοταμῶν, οἳ δίχα μὲν ἀλλήλων Φέρονται, συμϐάλλουσι δὲ ἐπὶ ταῖς ϖροχοαῖς, ὡς δι' ἑνὸς σ7όματος ἐκπίπ7οντες. Διὰ μέσου δὲ, ἕλη τε εὔϐοτα καὶ λειμῶνες, ἀφθόνους ἀναδιδόντες νομὰς βοσκημάτων. Τούτους ὁ Θεὸς σκύλακας ᾐνίξατο, τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀποικίας χρωμένους ϖροτρέπων. Λέγει δὲ οὕτως·

[Ὄλϐιοι οἳ κείνην ἱερὴν ϖόλιν οἰκήσουσιν,
Ἀκτὴν Θρηϊκίην τ' ἔνυγρον ϖαρά τε σ7όμα Πόντου]
Ἔνθα δύο σκύλακες ϖολιὴν μάρπ7ουσι Θάλασσαν,
Ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἀν' αὐτόν.

Εἴρηται δὲ ταῦτα ἀπὸ τοῦ συμϐεϐηκότος· οἵ τε γὰρ ἔλαφοι, κατιόντες ἐκ τῆς ὕλης ὥρᾳ χειμερίῳ, σιτοῦνται τὸν ἐλείτην κάλαμον· ἰχθύων τε ὅσον ἐπίμικτον Θαλάσσῃ καὶ ϖοταμοῖς ὑποφωλεύει τῇ τοῦ Κέρατος ἡσυχίᾳ, νωθρὸν ἅμα καὶ ἀργὸν ἐπ' εὐτροφίας λιχνεύει τὴν κατὰ βυθοῦ ῥίζαν.

XXIV. *Ἄρχεται δὲ τῶν ϖοταμῶν Κύδαρος μὲν ἀπὸ Θερινῆς δύσεως,*

4. *εὔϐοα* A. || 7-8. *Ὄλϐιοι... Πόντου* om. A, sed habet schol. marg.

Neque enim illius vadum solidum neque subarenosum; unde non navigiis, nisi perparvis, navigabilis est, propter aggerationem materiæ influentis. Inde sublimis et cœnosa effusio usque ad exitus fluminum, quorum uterque fertur separatus ab altero; in exitu autem ambo conjunguntur, et velut per unum ostium exeunt [in sinum Cornu]. In medio sunt paludes bona pascua habentes, et prata uberes pastiones largientia pecoribus. Hos deus catulos designavit, quum deductores coloniæ oraculum consulentes adhortatus est. Ita enim respondit:

[Felices, sacram quicumque tenebitis urbem,
Oræ Threiciæ prope littus et ostia Ponti,]
Qua gemino catuli prendunt flava æquora morsu
Piscis ubi et cervus pastu vescuntur eodem.

Hæc quidem dicta sunt de re quæ accidit. Cervi enim tempore hiberno ex silvis descendentes depascunt palustrem arundinem; pisces vero maris et fluminum participes in tranquillitate sinus Ceratini delitescunt, atque pigri et pinguedine tardi deglutiunt vadi radices.

XXIV. Flumen quidem *Cydarus* venit ab occasu æstivo, *Barbyses* vero ex altera

1. *non enim illius vadum arena sed cœno tectum est* Gb. || 2. «propter aggerationem materiæ influentis» om. Gb. || 2-3. *inde cœnum sublime* Gb. || 5-6. *in mediis paludibus boum nutricibus* (sic) *sunt prata uberes pastiones largientia etiam cervis* Gb. || 6-7. *deductoribus coloniæ consilium petentibus ubi conderent urbem appellatam Byzantium ita respondit* Gb. || 14-15. *delitescunt pigri in ubertate pabuli deglutiunt* Gb. || 16. *Cydaris* Gb. || 16-p. 12, l. 1. «ex altera parte» om. Gb.

Βαρϐύσης δὲ ἐπὶ θάτερα κατὰ βορέαν ἄνεμον. Τοῦτον οἱ μὲν τροφέα καλοῦσι Βύζαντος· οἱ δὲ Ἰάσονι καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ Μινύαις ἡγεμόνα τοῦ πλοῦ· τινὲς δὲ ἐπιχώριον ἥρωα. Καθ' ὃ δὲ συμπεσόντες ἀλλήλοις ἐπὶ τὴν ἀπαντῶσαν παχεῖαν ἄκραν ὑπερενεχθέντες ἐκϐαίνουσιν εἰς τὴν θάλασσαν, Σημύστρας βωμός· ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ χωρίῳ. Σημύστρα δὲ νύμφη Ναῒς Κεροέσσης τροφός. Ἰὼ γὰρ, ἐπὶ μηχαναῖς μὲν Διὸς, ὀργῇ δὲ Ἥρας, πτερωτὸν οἶστρον ἄφετος ἐν μορφῇ βοὸς ἐπὶ πολλὴν ἐπτοήθη γῆν κατὰ τοῦτον μάλιστα τὸν τόπον ἐπειγομένη, καὶ ὠδῖσι (θείας γὰρ γονῆς ἔμπλεως ἦν) ἀπερείδεται θῆλυ βρέφος. Τὸ δὲ ἀραμένη Σημύστρα τιθηνεῖται παράσημον τῆς μητρῴας μεταϐολῆς· τύποι γὰρ κεράτων καθ' ἑκάτερον τοῦ μετώπου μέρος ὑποδῦντες ἐξεῖχον. Ἔνθεν καλεῖται Κερόεσσα. Ταύτης καὶ Ποσειδῶνος Βύζας ἀνὴρ ἶσα θεῷ τετιμημένος, ἀφ' οὗ τὸ Βυζάντιον. Σημύστρα γε μὴν ἐκινδύνευσε παρ' ὀλίγον πόλιν εἶναι· ἐν ταύτῃ γὰρ κατέθεντο τῆς πόλεως τὴν κτίσιν οἱ τῆς ἀποικίας ἡγεμόνες. Λαμπομένων δὲ τῶν ἱερῶν, κόραξ ἁρπάσας ἐκ μέσης τῆς φλογὸς ἔνια τῶν μηρίων καὶ εἰς ὕψος ἀφεὶς, ἐπὶ τὴν Βοσπόριον ἄκραν ἐφέρετο. Τοῦτο πρὸς Ἀπόλλωνος εἴκασαν τὸ τέρας οἱ λοιποὶ τῶν Ἑλλήνων. Φράζει δ' αὐτοῖς βουκόλος ἀνὴρ, ἀπὸ σκο-

2. ἰάσωνϊ A. || 4. παχείαν A. || 5-6. νυμφηναὶς κεροεσσηστροφὸς A.

parte a Borea vento. Barbysen alii dicunt educatorem Byzantis, alii navigationis ducem Jasoni atque ejus comitibus Minyis, quidam heroem indigenam [fuisse]. Ubi flumina inter se coeuntia et delata ad obvium promontorium crassum in mare exeunt, ibi *ara* est *Semystræ*, a qua locus nomen invenit. Semystra nympha Naias Ceroessæ [matris Byzantis] nutrix [fuit]. Io enim, quum Jovis quidem arte, Junonis vero ira in vaccam conversa œstroque alato stimulata multas terras percurrisset ad hunc profecto locum impulsa parturiendique dolore affecta (nam erat divini seminis plena) infantem fœminam parit. Hanc tollens Semystra lactat et nutrit gerentem insigne transformationis maternæ: cornuum enim typi utrinque succrescentes ex fronte eminebant, unde appellatur Ceroessa. Ex hac et Neptuno [genitus est] Byzas, vir similiter ut deus honoratus, a quo Byzantium conditum est. Semystra [locus] parum abfuit quin urbs efficeretur; nam ibi duces coloniæ urbem condere constituerant; sed, ardentibus sacris, corvus rapiens ex media flamma partem victimæ et sursum portans in Bosporium promontorium detulit. Hoc ab Apolline os-

1-2. *navigationis ducem eorum qui cum Jasone et Minyis navigarunt ad Colchos* Gb. || 3-4. *flumina delata ad obvium promontorium crassum inter se coeunt in mare exeuntia* Gb. || 4. «nympha Naias» om. Gb. || 5-6. *Jovis arte in vaccam conversa iraque Junonis œstro alato stimulata* Gb. || 7. *apud hunc locum parturiendi dolore affecta* Gb. || 9. «utrinque succrescentes» om. Gb. || 13-14. *nisi ex media flamma corvus rapuisset partem victimæ eamque in Bosporium promontorium tulisset* Gb.

πῆς Θεασάμενος, ὅποι κατέθετο τῶν ἱερειῶν τὴν ἁρπαγήν· οἱ δὲ εἵποντο τῷ σημείῳ.

XXV. *Κατόπιν δὲ τῆς* Σημύστρας, *μικρὸν ὑπὲρ τὰς τῶν ποταμῶν ἐκβολὰς, ἀρχὴ τῆς ἐπὶ θάτερα τοῦ* Κέρως *περιαγωγῆς*, Δρέπανον *ἐπίκαμπτος ἄκρα*. Μεθ' *ἣν λόφος ὀξὺς, ἀθρόως ἀποκλινὴς ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ὠνόμασται δὲ* Βουκόλος, *εὐχαρίστου μνήμης τὸν μηνυτὴν ἀξιωσάντων· ἔνθεν ἰδεῖν δοκεῖ τὸν κτίστην ὄρνιν.*

XXVI. *Μετὰ δὲ* Βουκόλον, Μάνδραι *καὶ* Δρῦς· *αἱ μὲν παρὰ τὸ ἡσύχιον τοῦ χωρίου καὶ σκεπανόν· θαλάττῃ γὰρ ἀπηνέμῳ προσκλύζεται·* Δρῦς *δὲ, ἄλσει*. Τοῦτο *δὲ, τέμενος* Ἀπόλλωνος.

XXVII. *Κάμψαντι δὲ τὴν ἄκραν, ἐπιμήκης κόλπος* Αὐλεὼν *ὄνομα.....* Φιλίππου *τοῦ* Μακεδόνος *ἔργον ἀπ' ἀμφοτέρας τῆς ἠπείρου ζεῦγμα διατείναντος· καταβάλλει δὲ εἰς τὸν βυθὸν ἕρματα λίθων καὶ χῶμα παμμέγεθες, ἐκ πολυχειρίας ὡς ἔχοι γεφυρωθέντος αὐτῷ τοῦ* Κέρατος *κατὰ γῆν ἀφθόνοις χρῆσθαι ταῖς ἐπαγωγαῖς· ἐν γὰρ δὴ ταῖς ναυσὶν οὐκ ἦν ἀξιόμαχος περὶ πολλὰ θαλαττοκρατούντων τῶν* Βυζαντίων.

1. *ἀρπαγῆν* A. || 5. *ως..... κλϊνὴς* A. || 11. videtur subesse lacuna.

tentum conjecerunt ceteri Græci, a bubulco edocti qui ab specula intuitus erat ubi [corvus] victimæ rapinam deposuisset, signumque secuti sunt.

XXV. A tergo Semystræ, paulo supra fluminum ostia, initium circumflexus in alterum latus sinus Ceratini efficit promontorium *Drepanum* inflexum. Post quod [promontorium] est cacumen acutum, valde ad mare inclinatum: nominarunt autem *Bucolon* (Βουκόλον, *bubulcum*) grata memoria prosecuti indicem qui ex hoc loco speculatus est urbis conditorem corvum.

XXVI. Post Bucolon [sunt loca nuncupata] *Mandræ* et *Drys:* ille quidem a loco quieto et tecto, mari enim tranquillo alluitur; Drys vero habet lucum Apollini sacrum.

XXVII. Flectenti a promontorio [est] longus sinus *Auleon* appellatus: [ibi olim pons] Philippi Macedonis opus, qui ex utraque continente juncturam instruxit: dejecit enim in mare saxorum acervos et aggerem permagnum [accumulavit] multis operis, ut pontis commoditate uti posset abunde ad commeatum terrestrem: nam classe Byzantiis par non fuit, multo mari imperantibus.

1. «ceteri» om. Gb.—*a pastore* Gb. || 2. *secutique signum condiderunt Byzantium in promontorio Bosporio* Gb. || 4-7. *inflexum cujus cacumen acutum appellarunt Bucolon (hoc est Bubulcum) grata m. p. i. e. h. l. speculatum* Gb. || 9. *post buculam* Gb. || 11. *post promontorium est longus sinus Auleon appellatus* Gb. || 11-13. *post Auleona Dionysius dicit esse pontem Philippi Macedonis opus quo sinus Cornu trajiceretur. Philippus enim in vadum saxa dejecit eorumque multitudinem supra vadum accumulavit* Gb.

XXVIII. Ἐπὶ τούτῳ, Νικαίου βωμὸς ἥρωος· καὶ περιαγὲς ἠρέμα χωρίον, ἰχθύων θήρας ἐκδόχιον, καὶ Νέος βόλος ὡς εὕρηται λεγόμενος.

XXIX. Παρεξισοῦσι δὲ τὴν Ἀκτῖνα φύσις καὶ τοὔνομα. Περὶ δ' αὐτὸν, Κάνωπος, Κῦβοι, Κρηνίδες· αἱ μὲν, ἀπὸ τῶν ἀναδιδόντων πηγαίων ναμάτων· πάνυ γὰρ ἔνδροσος καὶ κατάρρυτος ὁ χῶρος. Κῦβοι δὲ, Περσικῆς παράσημον ἱστορίας· καταγωγὰς γάρ τινας ἐνταῦθα καὶ ἀπολαύσεις ἐποιοῦντο. Κάνωπος δὲ ἀπὸ Αἰγύπτου φέρεται τοὔνομα, καθ' ὁμοιότητα τῆς ἐν αὐτῷ τροφῆς. Μείζων δὲ τέμνει τὸν βυθὸν ποταμὸς, ἀφ' οὗ καὶ τῷ κόλπῳ τοὔνομα, διαρκὴς μὲν ἄλλως, οὐ μὴν ναυσίπορος.

XXX. Τοὐντεῦθεν, ἄλλος ἀκροβύθιος, ὑφάλοις ῥίζαις περιφερὴς..... ἀποκλείουσα τὸν κόλπον· παρ' ὃ καὶ θήρας τῶν ἰχθύων ὑστερεῖ τῶν ἐν θαλάττῃ σπιλάδων περὶ αὐτὰς τὰς εἰσόδους ἀπαντώντων ὅσα μὴ νυκτὸς ἀσαφείᾳ καὶ πλάνῳ παρολισθάνει.

XXXI. Μετὰ δὲ τὴν ἄλλην?, τὰ λεγόμενα Χοιράγια· κέκληται δὲ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος· ἐπεί τινες τοὺς κατιόντας ἐκ τῶν ὀρῶν συάγρους ἀπά-

3. φύσιν A. || 10. videtur deesse nomen. || 13. ἀσαφεία καὶ πλάνω A.

XXVIII. Juxta hunc [pontem est] *Nicæi* herois *ara*; et locus leniter circumflexus, ad capiendos pisces receptaculum, et *Neos Bolos* nominatus: ita enim invenitur dictus.

XXIX. Ἀκτῖνα (*Sambucetum*) similiter efficiunt natura [loci] et nomen : circa sunt *Canopus*, *Cubi*, *Fontes*. Hi quidem, a surgentibus aquarum laticibus: valde enim locus aquosus et irriguus est. Cubi autem sunt insignia Persicæ historiæ: huc enim nonnulla sibi diversoria constituerant, ut [amœnitate littoris] perfruerentur. Canopus ab Ægyptio Canopo nomen habet, propter morem vivendi simillimum. Fluvius *Meizon* hanc oram secat, unde etiam sinui nomen. Fluit quidem perennis, sed haud navigabilis est.

XXX. Inde aliud promontorium cum gurgite, habens radices sub aqua latentes, rotundum..... claudens sinum, propter quod capturam non effugiunt pisces: offendunt enim saxa concava ad ipsos introitus in mare [procedentia] quicumque noctis tenebris atque erroribus non falluntur.

XXXI. Postea [occurrunt] *Chœragia* nuncupata, a rebus quæ ibi acciderunt no-

1. *juxta hunc pontem fuit Nicei* Gb. || 2. *et locus qui dicitur* Neosbolos, *is est novus jactus* Gb. || 4-6. *circa locum re et nomine Actinen sunt cubi, Canopi, et fontes : valde enim locus irriguus est* Gb. || 6-7. *nonnulli descendebant ad animi remissionem et ludos ut* Gb. || 7-9. *Canopi nomen invenit a similitudine delitiarum quæ huic loco est cum Ægyptio Canopo.* CISON *fluvius hanc oram secans sinui nomen dedit* Gb. || 9. «quidem» om. Gb. || 11. *post Cubos Canopis est palus habens radices* Gb. || 12. «rotundum» om. Gb. || 12-14. *sinum ubi est receptaculum piscibus capiendis aptum saxis concavis ad ipsos introitus obviam procedentibus in quæ delabuntur pisces noctis tenebris errantes* Gb. || 15. *post paludem sunt Chœragia nuncupata a rebus quæ ibi fiunt* Gb.

ταις ἤρουν. Πᾶσα γὰρ ἡ πρὸς νότον ἄνεμον πλευρὰ τοῦ Κέρατος, ἐπηρεφὴς ὕλαις.

XXXII. *Καθ' ὃ δὴ λήγει μὲν τὸ Κέρας, ἄρχεται δὲ ὁ τοῦ Πόντου προκείμενος ἰσθμὸς, εἰς ἀναπεπΊαμένην ἤδη καὶ πολλὴν τὴν Προποντίδα βλέπον ἀκρωτήριον· ἐφ' ᾧ τάφος Ἱπποσθένους ἥρωος Μεγαρέως, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα τῷ χωρίῳ.*

XXXIII. *Μεθ' Ἱπποσθένην δὲ, Συκίδες, ἀπὸ τοῦ πλήθους καὶ κάλλους τῶν φυτῶν· φασὶ γὰρ ἔνιοι τῶν περιεργοτέρων ἔνθεν αὐτὸ καὶ καθόλου τὴν ἀρχὴν λαϐεῖν.*

XXXIV. *Σχοινίκλου τέμενος ἐντεῦθεν, Μεγαρόθεν αὐτῷ Βυζαντίων καὶ μνήμην καὶ τιμὴν ἐνεγκαμένων· τοῦτον Ἀμφιάραω τοῦ μάντεως ἡνίοχον γενέσθαι φασίν.*

XXXV. *Ὁ δὲ συναφὴς τόπος Αὐλητὴς ἐπωνόμασΊαι, Πύθωνος ἐποικήσαντος Αὐλητοῦ ἐπ' ὀνόματι· τετίμηκε δὲ τὴν μνήμην ἡ τέχνη.*

XXXVI. *Τὸ δὲ ἐφεξῆς Βόλος, εἰς τὴν κατὰ χειμῶνα τῶν ἰχθύων θήραν εὐφυὴς, ἐφ' ᾧ τέμενος Ἀρτέμιδος Φωσφόρου καὶ Ἀφροδίτης Πραείας, ᾗ*

1. *ἤρουν* A. || 7. *συκείδες* prima manus A. || 10. *αὐτὸ* A. || 11. *τούτων* A. || 14. *αὐλη τῶν* correctum in *τοῦ*.

minata, quoniam apros ex montibus descendentes quidam [venatores] fraude capiebant. Omne enim sinus latus, vento Noto objectum, silvis plenum [est].

XXXII. Propter locum ad quem desinit quidem recessus Ceratini sinus, incipit vero Isthmus, [est] promontorium apertam jam et multam Propontidem prospiciens, in quo *sepulcrum Hipposthenis* exstat herois Megarensis, a quo locus nomen adeptus est.

XXXIII. Post Hipposthenem locus est appellatus Συκίδες (*Ficeta*) a multitudine et pulchritudine [ficuum] arborum : aiunt enim curiosiores quidam primam ficum arborem ibidem natam esse.

XXXIV. Inde *Schœnicli delubrum*, cui a Megaris Byzantii memoriam et honorem attulerunt: hunc Amphiarai vatis aurigam dicunt fuisse.

XXXV. Proximus autem locus *Auletes* nominatur, cujus conditor Pytho sub nomine Auletæ: ars memoriam quoque nobilitavit.

XXXVI. Inde succedit *Bolos* ad piscationem hibernam percommodus natura locus, in quo [est] *templum Dianæ Luciferæ et Veneris Placidæ*, cui solennia sacra

1-2. *apri ex montibus descendentes ad hæc loca abacti a venatoribus fraude capiuntur* Gb. || 2. *plenum erat* Gb. || 3. *secundum locum a. q. desinit recessus* Gb. || 3-4. *incipit Isthmicum promontorium apertam* Gb. || 7. *Sycodes* Gb. *Sycodem* Gc. || 8. *quidam curiosiores dicunt* Gb. || 10-11. *inde..... Amphiaraï* (sic) *delubrum quod Byzantii Megarensium coloni construxerunt memoria et honore prosequentes Amphiarai Oiclei filium* Gb. || 11-12. *post Amphiarai delubrum est* STAMPHAS *locus Auletes nominatus. Is una cum aliis colonis Byzantium deductus fuerat, cui Apollinis ars reliquit nominis memoriam* Gb. || 13. *inde est Bolos, is est jactus* Gb. || 13-14. *loci natura* Gb. || 14-p. 16, l. 1. « cui solennia s. faciunt Byzantii » om. Gb.

κατ' ἔθος θύουσι Βυζάντιοι· δοκεῖ γὰρ δὴ ταμιεύειν τῶν ἀνέμων τὴν εὐκαιρίαν, πραΰνουσα [καὶ] καθισταμένη τὴν ἐπιπλέον αὐτῶν ταραχήν.

XXXVII. Τὸ δὲ ἐντεῦθεν Ὀστρεώδης ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὠνόμασται· βύθιόν τε γὰρ ἔστρωται κατὰ τῆς θαλάσσης ἕρμα πλήθει τῶν ὀστρέων ἐπιλευκαινόμενον· διαφαίνεται δὲ τοῖς ὁρῶσιν ὁ βυθὸς, καὶ μάλιστα ἐν ἡσυχίᾳ καὶ γαλήνῃ πνευμάτων· τρέφει δὲ ὁ τόπος τὸ ἀεὶ δαπανώμενον· καὶ ἔστιν ὡς ἂν εἴποι τις ἄσωτος ἡ χρῆσις, διαμιλλωμένης τῇ θήρᾳ τῆς γενέσεως.

XXXVIII. Ἐκδέχεται δὴ τὴν Ὀστρεώδη τὸ καλούμενον Μέτωπον· τοῦτο κεῖται μὲν κατὰ πρόσωπον τῆς πόλεως· βλέπει γὰρ αὐτὴν τὴν Βοσπόριον ἄκραν· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος· καὶ γὰρ πρὸς τὴν ἤπειρον γεώδεσι λόφοις ἐστὶν ὁμαλὲς, καὶ ἐκ θαλάττης ἀπότομον καὶ ἀκλινὲς, οὐ μὴν θεοῦ μαρτυρίας ἄμοιρον· τετίμηται γὰρ Ἀπόλλων κατὰ τοῦτο.

XXXIX. Μετὰ δὲ τὸ Μέτωπον, Αἰάντειον ἐπώνυμον Αἴαντος τοῦ Τελαμῶνος, ὅντινα κατὰ μαντείαν σέβουσι Μεγαρεῖς· τὰ δὲ ἔθη τῶν οἰκιστῶν, νόμοι τοῖς ἀποίκοις.

XL. Ἔνθεν καθ' ὃ προπίπτων κρημνὸς εἰς θάλατταν ἐπιστρέφει, Παλινόρμικον ὠνόμασται ἀπὸ τῆς δευτέρας καθορμίσεως, ἐπειδὴ κατ' ἀρχὰς

9. *βοσκορίαν* A. || 13. *αἰάντϊον* A.

faciunt Byzantii : existimatur enim dispensare ventorum commoditatem, placans [et] componens eorum majorem turbulentiam.

XXXVII. Deinde est locus *Ostreodes* a rebus quæ ibi fiunt nominatus. Profundum enim maris vadum, ostrearum multitudine exalbescens, fit perspicuum adspicientibus maxime in tranquillitate et quiete ventorum. Hic autem locus semper alit quod impendatur, atque est ut si quis dicat inexhaustus usus, generatione [ostrearum] contendente cum piscatione [earum].

XXXVIII. Ostreodem excipit locus nuncupatus *Metopon;* hoc sub adspectum urbis subjectum est: adspicit enim Bosporium promontorium. Nomen invenit a figura: nam ex continentis parte planum est terrenis tumulis, ex parte maris abruptum et præceps; non tamen dei testimonio caret: etenim apud ipsum colitur Apollo.

XXXIX. Post Metopon est *Æantion,* nomen adeptum ab Ajace Telamonio, quem propter quamdam vaticinationem colunt Megarenses: instituta autem conditorum [factæ sunt] leges colonis.

XL. Inde procidens præcipitium, conversum in mare, nominatum est *Palinormicum* a secunda applicatione. Postquam enim coloniæ deductores ad eum locum

1-2. *largiri ventorum commoditatem eosque turbulentos placare* Gb. || 3-4. «profundum» om. Gb. || 4. *ostrearum multitudine exalbescentium constratum* Gb. || 5-7. *est enim luxuriosis locus generationis ostrearum contendentis cum earum piscatione* Gb. || 8. *Ostreoda locum* Gb. || 10-11. *declive et præceps* Gb. || 11. *non tamen divini testimonii expers est* Gb. || 12. *Aïantion* Gb. || 13-14. *Megarenses ex instituto eorum qui deduxerunt coloniam* Gb.

προσέσχον, εἶτα ἀναχθέντες αὖθις ἀνέστρεψαν· ἡ πεῖρα τοῦ συμβάντος ἔθετο τῷ τόπῳ τοὔνομα.

XLI. Μικρὸν δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ, νεὼς Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου· τοῦτον ἐτίμησαν ἴσα Θεῷ Βυζάντιοι, μεγαλοφροσύνης τε αὐτοῦ καὶ τιμῆς τῆς περὶ τὴν πόλιν ἀπολαύσαντες· καὶ γὰρ χώραν ἐπὶ τῆς Ἀσίας δωρεῖται καὶ σίτου πολλὰς μυριάδας καὶ βέλη καὶ χρήματα.

XLII. Τὸ δὲ ἑξῆς χωρίον Δελφὶν λέγεται καὶ Καράνδας· αἰτία δὲ τῶν ὀνομάτων ἥδε· Χάλκις ἐπῴκησεν ἀνήρ, Βυζάντιος μὲν τὸ γένος, τὴν δὲ ἐπιστήμην κιθαρῳδός, οὐδενὸς τῶν ἄκρων ἀποδεέστερος· ἐπὶ τοῦτον ὁπότε τὴν σκευὴν ἀμπισχόμενος τὸν ὄρθιον ἀείδοι νόμον, δελφὶν ἐκ τοῦ πελάγους κάτεισι, πρὸς δὲ τὸ ἐπίφορον τῆς ᾠδῆς ἐκκλίνων τὰς ἀκοάς, καὶ τῇ τῆς θαλάσσης ἀποβάσει προσιστάμενος ἔξαλος καὶ τὴν ὄψιν μετέωρος, ὡς ἀθρόου τοῦ μέλους ἐμφοροῖτο, μηδὲν εἰς τὴν τῆς ἀκοῆς ἀκρίβειαν ὑπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς κινήσεως βλαπτόμενος· ἦν δὲ αὐτῷ μέτρον ἡδονῆς τε καὶ εὐτυχίας ὅ, τι καὶ τῷ Χάλκιδι τῆς ᾠδῆς· παυσαμένου γὰρ ἐδύετο κατὰ τῆς θαλάττης ἀναχωρῶν εἰς τὰ ἤθη τὰ ἑαυτοῦ. Καράνδας δὲ ποιμὴν πάροικος, εἴτε φθόνῳ καὶ μίσει Χάλκιδος, δύναιτο δ' ἂν καὶ πλεονεξίας ἕνεκα λοχήσας

1. ἤπειρα A. || 10. ἀπισχόμενος A. || 12. ἐπιβάσει corr. in ὑποβάσει prima manus A. || 15. ὅτι A.

naves primo appulissent ex eoque solvissent, rursus ad eumdem locum reverterunt. Experientia rei dedit loco nomen.

XLI. Paulo supra præcipitium Palinormicum exsistit *templum Ptolemæi Philadelphi*, quem Byzantii æque ac deum venerati sunt, quod ex ejus in urbem magnanimitate et reverentia fructum magnum accepissent. Etenim [Byzantiis] Ptolemæus in Asia regionem frumentique multas myriades et sagittas et pecunias dederat.

XLII. Deinde est locus dictus *Delphin et Carandas*. Causa nominum hæc est. Vir fuit incola Chalcis nominatus, genere Byzantius, scientia citharœdus, nullis summis [citharœdis] inferior; ad quem, quum stola indutus Orthium carmen caneret, delphinus ex pelago exstitit, pronas ad cantilenæ impetum aures inclinans, maritimæ oræ insistens, extra mare eminens, adspectum sublimem gerens, ut vehementi cantu impleretur, ob audiendi studium nihil a vadi commotione læsus. Qui autem Chalcidi finis canendi, idem delphino terminus voluptatis felicitatisque: ubi enim ille canere desinebat, hic mare subibat, ad moremque vivendi consuetum redibat. Carandas pastor accola, sive invidia atque odio in Chalcidem sive

2. «Experientia rei dedit loco nomen» om. Gb. || 4-5. *animi magnitudine* Gb. || 7. *Delphinus et Charandas* Gb. || 8. «fuit incola» om. Gb. || 9. «ad quem» om. Gb. — «stola indutus» om. Gb. || 10. *seque ad audiendum erexit cantilenæ impetum* Gb. || 13. «qui autem..... felicitatisque» om. Gb. || 14. *quum autem Chalcis canere desinebat delphinus mare subibat ad locumque consuetum redibat* Gb. || 15. *Charandas pastor* Gb.

ἠρέμα διολισθαίνοντα τῆς θαλάτ̓της καὶ κατὰ τὸ ἐπαγωγὸν τῆς τοῦ μέλους ἡδονῆς ὑπὲρ τῶν μετεώρων ὠκείλαντα, διαφθείρει βαλών. Οὐ μὴν ἐνοσφίσατο τὴν ἄγραν· θάπ̓τει γὰρ δὴ Χάλκις μεγαλοπρεπῶς τὸν ἀκροατήν· ἔθετο δὲ τοῖς χωρίοις ὀνόματα Δελφῖνα καὶ Καράνδας, τὸν μὲν τιμῶν τῆς μνήμης, τὸν δὲ ἀμυνόμενος.

XLIII. *Ἄκρα τοὐντεῦθεν ἐπὶ βραχὺ κολπουμένη· βάσις δὲ αὐτῇ καὶ ῥίζα, πέτρα κατὰ βυθοῦ, Θέρμαστις προσαγορεύεται.*

XLIV. *Μεθ' ἣν αἰγιαλὸς ἀναπεπ̓ταμένος εἰς νότον ἄνεμον· λέγεται δὲ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς πεντηκοντόροις εἰς αὐτὸν κατασχόντων, Πεντηκοντορικόν· ἅμα γὰρ ἥ τε πόλις ἤρξατο τῆς κτίσεως, καὶ τῶν χωρίων ἕκαστα τῆς προσηγορίας.*

XLV. *Τούτῳ συνεχὴς Τὰ Σκύθου· Σκύθην γάρ φασι μετανάστην ἐκ τῆς αὐτοῦ, προσορμίσασθαι Ταῦρον ὄνομα· τοῦτον δὲ ἐπὶ Κρήτης φασὶ πλεύσαντα διαφθεῖραι Πασιφάην τὴν Μίνωος· ὅθεν ὁ μῦθος τοῦ τε ἔρωτος καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ γενέσεως.*

XLVI. *Ὑπολαμβάνει δὲ ἐφεξῆς Ἰασόνιον, ἐνταῦθα τῶν σὺν Ἰάσονι ὁρμισαμένων· δρυμὸς δὲ ἐν αὐτῷ βαθείας δάφνης εὔπορος, καὶ βωμὸς Ἀπόλ-*

6. *τοὔντ.* A. ‖ 16. *ἰασϊόνϊον* A ‖ 17. *δάζνησπόρος* A.

avaritia incitatus, delphino insidiatus est sensim ad maris oram allabenti, eumque cantus dulcedine illectum et sublimem accedentem telo interfecit. Non tamen piscatione potitus est. Chalcis enim suum auditorem magnifica sepultura affecit, locisque nomina Delphina et Carandas imposuit, illius quidem honorans memoriam, hunc vero puniens.

XLIII. Postea est acra in brevem recessum insinuata; basis ipsius et radix petra in fundo *Thermastis* appellatur.

XLIV. Post hanc ipsam est littus Noto vento apertum: nominatur autem a navibus quinquaginta remos habentibus ad littus id appulsis *Pentecontoricon:* etenim simul atque urbs condi cœpit, cœperunt quoque loca singula nominari.

XLV. Huic continuus [est locus dictus] **Τὰ Σκύθου** (*Scythæ sedes*): Scytham enim dicunt Taurum nuncupatum ex suis sedibus migrantem huc appulsum fuisse atque ad Cretam navigasse, in eaque Pasiphaen Minois filiam stuprasse: unde nata fabula amoris et prolis ex ipso procreatæ.

XLVI. Deinde succedit *Jasonium,* [ex eo nomen adeptum quod] Jason navigans cum suis ad Colchos illuc appulsus fuerit, ubi est *nemus* profundæ laurus plenum,

2. «cantus dulcedine illectum et» om. Gb. —«telo» om. Gb. ‖ 4. *Delphinum et Charandam* Gb. ‖ 4-5. *illum donans honoris memoria, hunc ignominiæ* Gb. ‖ 8. «est» om. Gb. ‖ 8-9. *nominatur Pentecontoricon a navibus quinquaginta remos habentibus* Gb. ‖ 11. «huic continuus est locus dictus Τὰ Σκύθου» om. Gb. ‖ 16. «cum suis» om. Gb.

λωνος· ἡ δὲ ἀκτὴ ϖρομήκης ϖᾶσα, καὶ τοῖς ἀφ' ἑσπέρας καὶ μεσημβρίας ϖνεύμασιν ἐπίδρομος.

XLVII. Μετὰ τοῦτο, οἱ Ῥοδίων ϖερίβολοι· καθ' ὧν ἀναπλέμενοι τὰ ϖείσματα Ῥόδιοι τοῖς ϖερὶ τῆς θαλάσσης συνδιαμφισβητοῦντες ἐφώρμουν· τούτων οἱ μὲν εἰς ἡμᾶς ἔτι σώζονται λίθοι τρητοὶ νεῶν ἀπόδεσμοι· ϖροὔπεσον δὲ οἱ ϖλείους ὑπὸ τοῦ χρόνου.

XLVIII. Τούτοις ἕπεται τὸ καλούμενον Ἀρχεῖον· αὐτὸ μὲν, ϖεδίον ἐπιεικῶς εὔγειον καὶ φιλάμπελον, ἑκατέρωθέν τε τοῖς ἐπανισταμένοις καὶ ϖροπίπτουσιν ἐπὶ τὴν θάλατταν λόφοις συγκλειόμενον· διὰ μέσου δὲ αὐτοῦ, κάτεισι ϖοταμὸς εἰς μαλακὴν καὶ βαθεῖαν ἠόνα· τοῦτο ᾤκισεν Ἀρχίας Θάσιος [ὁ] Ἀριστωνύμου ϖαῖς, καὶ ϖόλιν ἐν αὐτῷ κτίζειν ἠξίωσεν· ἀλλὰ γὰρ ὑπὸ Χαλκηδονίων εἴργεται δεδιότων ἐπ' αὐτοῖς οἰκισθῆναι τὸ χωρίον. Ἀρχίας μὲν δὴ μεταναστὰς, Αἶνον οἰκίζεται· τῷ τόπῳ δὲ ἀπολείπει τοὔνομα.

XLIX. Μετὰ δὲ τὸ Ἀρχεῖον, ϖολὺς καὶ εἰς βάθος διερρωγὼς ἀπανίσταται κρημνός· ϖροσπίπτων δὲ τῇ τῆς ἄκρας ὑπεροχῇ, ϖρῶτος ἀθρόαν ἐκ-

4. ἐφώρμουν mutatum in ἐφώρμων prima manu A. || 10. βαθείαν ἠόνα A. — ὤκησεν mutatum prima manu in ᾤκισεν. || 11. θάσιος ἀριστωνύμου A.

*ara*que *Apollinis* : littus autem longum omne ventis occiduis et meridianis expositum.

XLVII. Post Jasonium lucumque Apollinis sunt *Rhodiorum* Περίβολοι (*saxorum septa*) ad quæ rudentibus naves alligabant Rhodii, metuentes maris tempestatem. Ex quibus aliqua ad nostram ætatem servata adhuc exstant saxa pertusa ad quæ naves alligabantur, pleraque vero temporis vetustate ceciderunt.

XLVIII. His continuus est *Archion* nuncupatus locus campestris, agri bonitate præditus et vitium amans, utrinque collibus circumsurgentibus et ad mare procidentibus conclusus : per medium eorum fluvius descendit in maritimam oram mollem et profundam. Hunc [locum] incoluit Archias Thasius Aristonymi filius, qui cum in hoc loco urbem condere pararet, a Chalcedonensibus prohibitus est, metuentibus exædificatum locum contra se fore. Archias illis, qui cum eo migrassent, Ænon dedit habitandum, locoque nomen reliquit.

XLIX. Post Archion, promontorium eminet magnum; in altitudinem præcipitem abrumpitur, discedens ad mare, primusque fluctus maris densos et violentos,

3. *Dionysius... ponit Rhodiorum* τὸν ϖερίβολον *ad quem rudentibus n. a. R. m. m. tempestatem cujus* TRIA *saxa ad suam ætatem servata exstitisse dicit, reliqua permulta temporis vetustate cecidisse* Gb. || 7-8. *post Rhodiorum Peribolon Dionysius ponit Archium nuncupatum locum campestrem* Gb. || 12. *illis qui cum eo solum vertissent* Gb. || 13. *nomen reliquit Archium* Gb. || 14. « magnum » om. Gb. || 15-p. 20, l. 1. *discedens ad mare fluctus maris densos et violentos, quibus crebris verberatur, excipiens* Gb.

δέχεται τοῦ πελάγους τὴν ὕβριν, ῥοώδει κοπτόμενος θαλάσσῃ· κατὰ κορυφὴν δὲ αὐτοῦ Γέρων Ἅλιος ἵδρυται· τοῦτον οἱ μὲν Νηρέα φασὶν, οἱ δὲ Φόρκυν, ἄλλοι δὲ Πρωτέα, τινὲς δὲ πατέρα Σημύστρας· οἱ δὲ Ἰάσονι καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ φραστῆρα τοῦ πλοῦ καὶ τῆς ἐκβολῆς τῶν στενῶν ἡγεμόνα γενέσθαι, Λευκία δὲ τοῦ μάντεως τὸ γένος ὄντα· δίδωσι δὲ ὁ χρησμὸς τοῖς ἐπεσσομένοις τῇ γενέσει τῆς ἀποικίας, ἐξ ἐνυπνίου φαντασίας προειπόντος, ὡς χρὴ θύειν Ἁλίῳ τῷ Γέροντι· καὶ δημοσίᾳ τετίμηται.

L. *Γείτων δ' αὐτῷ Παράβολος, ἀπὸ τῆς ἀνωμαλίας τοῦ πελάγους κινδυνευομένης ἄγρας· εἰς γὰρ ἀκάλυπτον καὶ γυμνὴν κατιὼν τὴν ῥαχίαν τῆς θαλάσσης, ὁ ῥοῦς παραβόλους ὡς ἀληθῶς καὶ τῷ παρὰ μικρὸν ἐπιτυγχανομένας δίδωσι τὰς θήρας τῶν ἰχθύων.*

LI. *Ἔνθεν Κάλαμος καὶ Βυθίας· ὁ μὲν, ἀπὸ τοῦ πλήθους· ὁ δὲ, σκέπῃ τῶν ἀκρωτηρίων ἀπὸ τοῦ βυθοῦ κατὰ περιτροπὴν ὠνόμασται· δάφνη δὲ ἐν αὐτῷ, Μηδείας τῆς Αἰήτου φυτὸν, ὡς λόγος.*

LII. *Τούτῳ παράλληλος λόφος ὕπτιος ἠρέμα κατακλινὴς ἐπὶ θάλατταν καὶ Μητρὸς Θεῶν ἱερόν· ἀπὸ δὲ τῶν ἐποικησάντων αὐτῷ, Βάκα τοὔνομα.*

LIII. *Μεθ' ὃν ἄκρα προτενὴς, πολὺν ἐγκολπιζομένη λιμένα, καὶ παχεῖ τῷ προσπίπτοντι κρημνῷ τὰς βορείους τῆς θαλάττης πληγὰς ἀμυνομένη·*

2. *νϊρέα* A.‖3. *ἰάσωνϊ* A.‖12. *πλήθους, βϋθίας· ὁ δὲ σκέπη* A.‖18. *ἀμϋνόμενοι* A.

quibus crebris verberatur, excipit. In promontorii vertice *Senex Marinus* statutus est, quem alii aiunt Nereum, alii Phorcyn, alii Proteum, quidam patrem Semystræ, nonnulli indicem navigationis et demonstratorem Jasoni fuisse ducemque angustiarum exitus, Leuciæ vero vatis sobolem. Præcipit autem oraculum, ex specie in somnio visa, ut posteri e colonia oriundi sacrificarent Marino Seni: itaque in hoc loco publice colitur Senex Marinus.

L. Marino Seni vicinus est *Parabolos*, nuncupatus a piscatione temeraria incertaque ob maris asperitatem inæqualem. Fluctus enim descendens in saxa aperta et nuda piscationes efficit vere temerarias, et parum voti compotes.

LI. Deinde est *Calamus* et *Bythias*: ille a [calamorum] multitudine, hic ab alta protectione promontoriorum circumsurgentium nominatur. In ipso est *laurus Medeæ*, Æetæ filiæ, planta, ut fama est.

LII. Huic parallelus est collis sensim supinus declinans ad mare, et *templum Matris Deorum*: a colonis autem nomen habet *Baca*.

LIII. Post [collem sensim supinum] promontorium protenditur, multum portum insinuans, crasso præruptoque incursu boreales maris ictus propulsans. Ab occasu

3-5. *angustiarum Bosporiarum. Quidam vates Latiades oraculum in somnio sibi visum dedit posteris colonis Megarensium oportere sacrificare marino seni* Gb.‖7. *Παράβολος is est jactus temerarius* Gb.‖8. *in littus asperum* Gb.‖9. «vere» om. Gb. — *et fere frustratorias* Gb. ‖ 13-14. *ad mare nominatus Bacca* (sic) *Isidis matris deorum* Gb.

καθ' ὃ μὲν γὰρ εἰς ἀμέτρητον ἐμβεβληκυῖα τὸν βυθὸν, πρὸς τὴν δύσιν ὑποστρέφει, μεγέθει τε διαρκεῖ καὶ πνευμάτων σκεπανὸν παρέχει τὸν ὅρμον· τῷ δὲ προσέχοντι πολλὴν καὶ θρασεῖαν ἐκδέχεται τοῦ ῥεύματος τὴν βίαν ὁμοία ἀνδριάντος· ποτὲ μὲν γὰρ οἷα παλιμπάστου κυκεὼν πελάγους εἰλεῖται κατ' αὐτὴν, ποτὲ δὲ ῥόθιος εἰς τὸ κάταντες ὠθεῖ τὴν θάλασσαν· καὶ πολλὰς οἶδα ναῦς μεστὰς οὐριοδρομούσας τοῖς ἱστίοις ὑποφερομένας εἰς τοὐπίσω, μαχομένου τῷ πνεύματι τοῦ ῥοῦ· πάλιν δ' ἐν χρῷ τῆς πέτρας ἀναστρέφει, καὶ ἐξ ἀνακοπῆς οἷον ἀντίσπαστος τοῦ πελάγους ἐναντίον αὐτὸς αὐτοδρομῶν ἐπείγεται· δείκνυνται δέ τινες τρίβοι καὶ τύποι τῶν ἐναλίων καρκίνων πεζῇ παρεξιόντων τὸ ῥοωδέστατον· ὅθεν τὰ πολλὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἀναδουμένων τὰς ναῦς καὶ ἐκ τῆς γῆς ἐφελκόντων πρὸς ἀνάντη καὶ πολὺν ἐμπίπτοντα τὸν ῥοῦν βιάζεται· καὶ φόβος καὶ ἀπορία ἔπεισιν, ὅσα μὴ δευτέρας πείρας· ἔστι δὲ ὅπου καὶ μικρὸν ἐνδόντος καὶ χαλάσαντος, ἐν τῷ χρῷ τῆς ἀποβάσεως καὶ παρ' αὐτὰς τὰς πέτρας ἁμιλλῶνται τῷ ῥεύματι, στηρίζοντες εἰς τὰς ῥαχίας τὴν εἰρεσίαν, καὶ τὴν θαλαττίαν ἰσχὺν τῇ τῆς ἠπείρου συμμαχίᾳ βεβαιοῦντες. Ἑστίαι δὲ ὁ τόπος ὠνόμασται· κα-

1. *καθὸ* A.‖ 2. *τὲ* A.‖ 3. *θρασείαν* A.‖ 4. *ὁμοίαν* A.‖ 6. *οὐριοδρομῶσας* prima manu A. ‖ 9. *αὐτοδρόμων* cum signo hyphen A.‖ 11. *προσανάντη* A.‖ 14. *ἐν τῷ ῥῷ* A.

enim, qua in immensum abrumpitur pelagus, portum præbet sufficienti magnitudine protectum a ventis; reliqua promontorii pars excipit fluctuum vim multam audacemque, similis statuæ virili: nunc enim pelagus quodammodo refusum miscetur et convolvitur in orbem, nunc impetus undarum in contrariam partem impellit mare; multas naves vidi onustas secundo vento currentes velis retrocessisse, fluctu oppugnante ventum; rursus vero ad summa saxa [promontorii] revertitur impetus undarum, et ex refractione velut avulsus, contra pelagus ipse per se currens urgetur. Demonstrantur autem quædam semitæ et impressiones [in saxis] cancrorum marinorum pedestri [itinere] rapidissimum fluxum prætereuntium. Unde fit ut nautæ necesse habeant, iter pedibus conficientes, funibus naves trahere, in quas fluxus multus incursans nautas vi agit et retrahit in contrariam partem: metusque et desperatio subit, tanquam non iterum tentandum sit. Nonnunquam vero fluctibus cedentibus paulisper et remittentibus, ad ipsa saxa crepidinis littoreæ contendunt contra fluctus firmantes remos ad cautes, et vim maris inhibent auxilio continentis. *Hestiæ* autem locus nuncupatus est : illuc enim naves appulerunt

1. «qua in immensum abrumpitur pelagus» om. Gb.‖ 3. *et similem statuæ virili* Gb. ‖ 3-5. *nunc enim mare miscet et convolvit in orbem, nunc i. u. i. c. p. impellit* Gb.‖ 6. «summa» om. Gb.‖ 7. *avulsus et separatus a pelago contra pelagum ipse* Gb.‖ 8. «et» om. Gb.‖ 13. «vero» om. Gb.—«paulisper et remittentibus» om. Gb.‖ 15-p. 22, l. 1-6. *continentis. Postea vero quam coloniæ deductores promontorium B. p. v. m. m. b. e. t. o. m. i. q. d. erat occuparunt locum nuncupatum Estias vacuum a custodibus* omissis ceteris Gb.

τέσχον γὰρ ἐνταῦθα ταῖς ναυσὶν οἱ τῆς ἀποικίας ἡγεμόνες, ἐπειδὴ, παρεξιόντες τὴν Βοσπόριον ἄκραν, ὁρῶσι πολλῷ πλήθει βαρβαρικοῦ στρατοῦ κατεχομένας τὰς ἀποβάσεις· καὶ τὰς μὲν ἑστίας ἱδρύσαντο κατὰ πόλιν ἑκάστην ἔνθα πρῶτον ἀπέβησαν· ἐπεὶ δὲ αἰσθάνονται τοὺς βαρβάρους κατὰ γῆν ἰόντας ἐπ' αὐτοὺς, ἀναμείναντες ἄχρι πλεῖστον ἀποσπάσαιεν ἐκείνων τῶν χωρίων ἐφιᾶσι τῷ ῥεύματι τὸν στόλον· καὶ εἰς ἀφύλακτον ἤδη καὶ κενὴν ἀνδρῶν κατίσχουσι τὴν ἄκραν διαστρατηγήσαντες τοὺς βαρβάρους· ἦν γὰρ τοῖς μὲν κατ' ἐπιτομὰς τῶν κόλπων οὐ πολὺς ὁ πλοῦς, τοῖς δὲ ἐν κύκλῳ τῆς γῆς ἡ περίοδος· ἔνιοι δέ φασιν οὐ πόλεων ἀλλ' οἴκων Μεγαρικῶν ἑπτὰ τῶν ἀρίστων εἶναι τὰς Ἑστίας· πεπιστεύσθω δὲ ὅπως ἑκάστῳ φίλον.

LIV. Κάμψαντι δὲ τὰς Ἑστίας εἰρηναῖος ἤδη καὶ βέβαιος ὁ πλοῦς πρός τε τῆς ἄκρας τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τοῦ ῥεύματος τὴν πελάγιον καὶ μετέωρον ὁρμήν· ἔνθεν φασὶ περάσαι, πρὸ μὲν τῶν Τρωϊκῶν, Μυσοὺς ἅμα Τεύκροις· καὶ μέχρι Θετταλίας ἀνύσαι κρατοῦντας ἁπάσης ὅσης ἐπῄεσαν γῆς· ὑπὸ δὲ τὸ Ἰλιακὸν ἔργον, Ἀστεροπαῖον βασιλέα τῶν ἐπ' Ἀξίῳ ποταμῷ Παιόνων.

LV. Χηλαὶ δὲ μετὰ τὰς Ἑστίας, κατὰ τὸ ἐμφερὲς τοῦ σχήματος· εἰκὼν

3. ἱδρύσαντος A.‖9. ἔνιοι δὲ φασὶν A.‖15. ἀνῦσαι A.

coloniæ deductores, postquam, promontorium Bosporium prætergressi, viderunt magnam multitudinem barbarici excercitus tenere oram maritimam in quam descendendum erat, et aras singularum urbium ibi constituerunt ubi primum descenderant. Quum autem sensissent barbaros terrestri itinere adversus ipsos procedere, eo usque morati donec eos quam plurimum ab illis locis avertissent, commiserunt classem fluctibus, et occuparunt locum vacuum a custodibus, et barbaris anteverterunt. Fuit enim illis compendiaria navigatio, at barbaris longus terræ circuitus ob sinus. Quidam vero dicunt Hestias non ad urbem, sed ad domus Megaricas septem amplissimas pertinere. Credat autem quisque quod sibi visum fuerit.

LIV. Flectenti ab Hestiis jam navigatio quieta stabilisque, propter promontorii conversionem et fluxus maritimum sublimemque impetum. Inde trajecisse aiunt ante Trojanum bellum Mysos cum Teucris, et usque ad Thessaliam omni regione potitos esse quam invaserant; tempore autem belli, Asteropæum regem Pæonum Axio flumini accolentium.

LV. Post Hestias sunt *Chelæ*, nuncupatæ a similitudine figuræ: refert enim spe-

8-9. «quidam vero dicunt Hestias non ad urbem, sed ad domus Megaricas septem amplissimas pertinere. Credat autem quisque quod sibi visum fuerit» om. Gb.‖10. *a promontorio Estiaco flexus jam navigationem quietam stabilemque efficit* Gb.‖10-14. «propter promontorii conversionem et fluxus maritimum sublimemque impetum. Inde trajecisse aiunt ante Trojanum bellum Mysos cum Teucris..... accolentium» om. Gb.‖15. *post Estias sunt* χηλαὶ Gb. — «refert enim speciem rei nomen» om. Gb.

γὰρ τῆς ὄψεως τοὔνομα· τούτων αἱ μὲν μείζονες, αἱ δὲ βραχύτεραι· λιμένες δὲ ἀμφότεροι.

LVI. Καὶ ϖαρ' αὐτὰς Δικτύννης ἱερὸν Ἀρτέμιδος· ἀνέθεσαν δὲ αὐτῇ τὰς κατὰ ϑάλατῖαν ἄγρας, ὡς ἕξει μόνη ϑεῶν ἐπ' ἀμφότερον εὔθηρος· ταύτην Κυζικηνοῖς σέϐειν ϖροσέταξεν ὁ ϑεὸς ἀφορίᾳ τῆς ϑαλάσσης ϖιεζομένης· οἱ δ' ὑφείλοντο λαθόντες· ἀφανοῦς δὲ γενομένης (ϑεῷ γὰρ ἐπὶ ϖάντα δύναμις) οἱ μὲν οὐδὲν ἀμείνονος ἐπειρῶντο τῆς ϑαλάτῖης· τὸ δὲ ἕδος ἦν, ἔνθα καὶ ϖρότερον· ἀλλὰ Κυζικηνοὶ ϖλεύσαντες καὶ ἀπὸ τοῦ φανεροῦ μετενεγκάμενοι χρυσέαις ἁλύσεσιν ἐϐεϐαιώσαντο· καὶ ἐκ τούτου μετέϐαλε μὲν αὐτοῖς τοῦ χόλου ἡ ϑεός.....

6–7. ϑεῷ γὰρ ἐπὶ ϖάντα γὰρ A.||8. ἔδος A. — ἀλλὰ τοῦ Κυζικηνοὶ sed τοῦ delevit prima manus A.

ciem rei nomen. Harum quidem alteræ breviores, alteræ majores, ambæ vero portus exsistunt.

LVI. Apud ipsas est *templum Dianæ Dictynnæ*, cui dedicarunt maritimas venationes, tanquam habitu sola foret ex cœlestibus ad utramque venationem apta. Quam Cyziceni ut colerent præcepit deus, quum mare eorum sterilitate premeretur: illi autem clam surripuerunt. Postea vero quam evanuit (deo enim super omnia potestas), illi quidem mare haudquaquam melius experti sunt: sedes vero, ubi pridem erat, remansit. Sed Cyziceni adnavigantes et palam transferentes aureis catenis stabiliverunt; neque amplius illis dea irata fuit.

3. *Dianæ dictymæ* Gb. — Cetera usque ad finem omittit Gb.

FRAGMENTA VERSIONIS GILLIANÆ

QUIBUS

LACUNA IN DIONYSII ANAPLO EXPLETUR.

LVII. Post... Dianæ Dictynnæ ædem turbulenta est et vehementer contento fluxu commota navigatio. Locus autem dicitur *Pyrrhias Cyon*, ut mihi videtur, a similitudine quam habet mare hoc cum cane; ut vero plurimorum obtinet sermo, a cane pastoritio littus hoc circumcursante latranteque eos qui violentia fluctus juxta marginem littoris navigare haberent necesse. Ibi quoque meatus freti arctissimus, dirimens duas continentes. Ibidem etiam dicitur fuisse Darii transitus. Hinc enim Androcles Samius pontem junxit in Bosporo. Hic locus cum alia præbet historiæ monumenta, tum sellam in petra excisam; in hac enim aiunt sedentem Darium spectatorem fuisse pontis et transeuntis exercitus.

LVIII. Post Pyrrhiam Cyonem [occurrit] promontorii in directam altitudinem editi ora maritima, sursum navigantibus ardua, et difficilis prætervectu ob violentum coitum utriusque continentis repugnantem anguste præterfluenti Bosporo. Fluctus enim ebullit effervescitque continuis vorticibus, non minus quam lebes igne subdito effervescere flammæque excessu ebullire æstuosoque sonitu strepere solet. Itaque ora hæc a natura sua nominata est Ῥοώδης, hoc est *fluctuosa*.

LIX. Deinde... promontorium prætergresso occurrit petra, a natura non ab hominum manu facta, colore albo, alarum similitudinem aquilæ præ se gerens, et tanquam plantam pedis extendens atque in alteram partem contrahens velut ludicrum quiddam naturæ omnia imitantis; nominatur *Phidalia*, quam nescias dicere ne debeas insulam an continentem : illam quidem ob naturam, hanc vero ob vicinitatem. Quidam aiunt appellatam esse Φαιδαλίαν ex eo quod primum in ea piscatio appareat. Alii dicunt filiam Barbyssæ fuisse; cum autem complexu venereo se miscuisset cum Byzante, commotam verecundia stupri et metu patris, se in mare projecisse atque periisse; Neptunum autem progenitorem, cum misericordia adductum tum benevolentia sui generis, continentis magnam partem abrupisse, eamque in profundo defixisse ac firmasse, posterisque insulam habitam fuisse sepulcrum Phidaliæ.

1. *Dictymæ* Gb. || 7. *Androcles* ex Dionysio Gb, qui et Ἀνδροκλέης ex codice Herodoti ad librum IV, cap. LXXXVII, ubi plerique codd. Μανδροκλέης et Parisinus 1633 (fol. 120 r°) Μανδροκλῆς. | 8. «sellam» δίφρον Gb, ex Dionysii codice. || 10. *Post Pyrrhiam Cyonem Dionysius ponit prom. i. d. a. e. oram maritimam s. n. arduam et difficilem* Gb. || 11. *prætervectis* Gb; corr. M. || 15. Περὶ τοῦ κλύδωνος ῥοώδους Gb. *promontorium* Ῥοῶδες id. ἄκραν ῥοώδης id. (corr. in ῥοώδην ed. Elz. ῥοώδη M.) || 19. «Phidalia» græce Φιδάλεια (Steph. Byz. s. v. Γυναικόσπολις) vel Φειδαλία (Suid. s. v. Ἡράκλειος).

LX. Sinus ab oriente interius recedit profundus et satis capax, brevi continentis circuitu conclusus. In medium sinum descendit *χειμάρρους* [is est *rivus hibernus*] nam summa æstate deficit. In hoc sinu est *Portus Mulierum* nominatus, sive ex eo quod nihil offenditur neque a mari neque a continenti (non enim minus a fluctibus maris tutus est quam a vehementibus ventis terra protectus), sive ex eo ita appellatus est quod, absentibus viris, magnam multitudinem piscium hunc portum ingressam mulieres ceperunt.

LXI. Portum Mulierum continuo subsequitur locus Κυπάρωδης nuncupatus a cypresso arbore.

LXII. Post Cyparodem.... *templum Hecatæ* super petram quæ, accessu ventorum, fluctibus percussa valde resonat; circum enim ipsam fluctus concitatus diffringitur : hæc vero quantum in se suscipit, tantum rejicit sub crepidinem oræ maritimæ.

LXIII. Post templum.....Hecatæ sequitur [sinus] *Lasthenes* appellatus a viro Megarensi Lasthene. Similis sinui nuncupato Cornu est, intimo recessu palustri, et promontoriorum eminentia, et profunda altitudine, quantum magna cum parvis licet conferre; ad introitum strictus est, procedens autem valde dilatatur; tranquillus et tutus est, circumdatus montibus quibus velut muris munitur contra ventos, in quem descendit quidam fluvius perennis quidem, sed navibus inaccessus. In hoc loco Amphiaraus ex oraculi divino præcepto colitur.

LXIV. Post Lasthenium..... *Commarodes* exsistit, a silva commarorum nominatum, mari fluctuoso verberatum.

LXV. Post Commarodes consequitur littus editum, asperum, cautesque concavæ ex mari eminentes, quas antiqui *Bacchias* nominarunt ex eo quod circum ipsas concitato motu fluctus furere et bacchari videntur. Hic Demetrium, Philippi ducem exercitus, quum vicissent Byzantii, Θερμημερίαν nominarunt locum a re ipsa quæ contigerat : pugnam enim navalem illius diei magna solertia et summo ardore pugnaverant.

LXVI. Sub oram autem prominentem subit et succedit sinus, in quo est *portus Pitheci*, quem aiunt regem barbarorum hunc locum accolentium Asteropæo una cum suis filiis ducem exstitisse trajectionis in Asiam. Huic continens est ora prærupta et præceps.

LXVII. Deinde consequitur littus inclinans in sinum nominatum Εὔδιον Καλόν, quem circuit littus et mare exiguo spatio contractum, ut continens quidem natura exsistat; at adspectu insula esse videtur.

LXVIII. Inde statim succedit sinus nuncupatus *Pharmacias* a Medea Colchide,

2. *χειμάρους* ed. princeps. ‖ 3. «Portus Mulierum» græce *Γυναικῶν λιμήν* (Steph. Byz.). ‖ 14. *Lasthenes* omisso «sinus» Gb, qui ponit in commentario *sinus Lasthenicus* vel *Leosthenius*, a *Leosthenes* vel *Laosthenes*. Habet *sinus Casthenes* codex Plinii (IV, XVIII, 46) apud Gb. ‖ 15. *Lasthene, similis sinui nuncupato Cornu. Est intimo* Gb, ubi interpunctionem emendavi. ‖ 21. *Comarodes.....* *comarorum* corr. FM. *κόμαρος* = arbutus. ‖ 29-30. «portus Pitheci» græce *λιμένα Πιθήκου* ex Dionysio Gb. ‖ 30. «Asteropæo» sic M. *a Steropeo* Gb. ‖ 35. *videatur* M. ‖ 36. «Pharmacias» græce *Φαρμακίας* (Suid. s. v.).

quæ in hoc loco reposuit pharmacorum arculas. Est autem pulcherrimus et commodissimus ad piscationes, et ad naves appellendas aptissimus. Etenim usque ad marginem littoris profundus a ventisque maxime tutus habetur. Piscium multitudinem ad se allicit. Silvæ autem densæ, et profunda nemora omnis generis, et prata impendent, velut, arbitror, certante terra cum mari. Ejus circuitus adumbratur silva imminente in mare, per quam mediam in sinum descendit fluvius sine strepitu fluens.

LXIX. Pharmaciam... subsequuntur saxosa littora et præcipitia in mare impendentia, velut visionis flexamina, ex eo quod oculis flexibilem adspectum objiciant. Aperitur enim Pontus tectus eminentibus promontoriis, nullo amplius impediente verum adspectum. Quod enim crebro finis esse videtur, idem rursus invenitur principium. Postea maris latentis visio conciliat fidem rei quæ non credebatur. Illa autem saxa et cautes littoris nominarunt Κλεῖδας καὶ Κλεῖθρα τοῦ Πόντου [hoc est *Claves* et *Claustra Ponti*].

LXX. Jam prætergresso Claves adspectus magis [etiam] Ponti adest. [Est] petra in acutam verticem fastigiata, nucis pineæ similitudinem gerens, quæ *Dicæa* [id est *Justa*] nominatur ex eo quod triremibus navigantes in Pontum mercatores [duo] apud hanc petram deposuissent aurum, pacti inter se, non prius alterum illud esse sublaturum quam ambo simul ad petram convenirent. Altero pactionem prætergresso, sermo hominum habet aurum delituisse, recusante petra impiam fidem socii perfidi, quousque simul ambo eo convenientes depositum acceperunt; petræ autem præmium remansit hujus justitiæ nomen.

LXXI. Prope.... petram Dicæam nuncupatus Βαθύκολπος [is est *sinus profundus*] non tam circumscriptione sui intimi recessus perpulchri et in profundam latamque arenam porrecti, quam magna altitudine maris. Clivi enim ardui et præcipites vicini proximi sunt oræ maritimæ. Fluvius in sinum exit, cui idem quod sinui nomen est. Hic exsistit *Saronis* herois Megarici *ara*, et jactus piscium, sibi idoneo et maturo tempore conferta et continenti natatione primo sursum deinde deorsum Bosporum commeantium, maris altitudine deceptorum.

LXXII. Paulo... sub promontorio Saronico situs est Καλὸς Ἀγρός, ob utramque commoditatem terræ et maris a natura nomen habet.

LXXIII. Post...Καλὸν Ἀγρόν, est *Simas* promontorium et *Veneris Meretriciæ statua*. Simam enim quamdam habet hominum sermo valde pulchram et ingeniosam et solertem hunc locum incoluisse.

10-14. [*Dionysius*] *dicit Pontum eminentibus promontoriis tectum incipere aperiri nullo impediente amplius verum adspectum maris, Symplegadasque appellatas olim fuisse flexiones multiplicium promontoriorum. Itaque Cyaneas petras esse non modo insulas nuncupatas Symplegadas, sed etiam rupes cingentes littora Bospori, et radices promontorii, ubi hodie spectatur Janum, ex quo Darius contemplari potuit Pontum longe lateque* in commentario Gb. (De Bosp. Thrac. I, II, p. 17, ed. princ.) || 11. *videtur, idque rursus* Gb; corr. M. || 15. *adspectus magis quam Ponti adest petra* Gb: corr. F. || 16. *σΊροβιλοειδῆ..... ex eo quod σΊρόβιλος sit ἡ πίτυς καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς* in commentario Gb. || 17. *πέτρα Δικαία* conj. Hammer. || 23. *Dionysius appellat Bathycolpon* Gb. *Bathycolpos* id. || 26. *sinus... Saronicus* Gb in commentario. || 32. *de promontorio Simæo* Gb. *promontorium Simæthicum* id.

LXXIV. Promontorium nuncupatum Simam prætergressos excipit *Scletrinas* sinus, nescio utrum ex asperitate silvestris terræ, anne a flumine in se ipsum descendente. Atque etiam succedunt *aræ Apollinis et Matris Deûm*, et brevi intervallo ad Pontum navigatio.

LXXV. Post... Scletrinam exsistunt *Milton* promontorium nominatum a similitudine coloris, atque contigua domus cujusdam navarchi, et littus arduum directumque et præcipitium ad solis ortum inclinatum. Circa autem ipsum est mare tæniis distinctum, et *Fanum* cunctum contra frontem Fani Asiatici situm. Aiunt hic Jasonem [vatis jussu] litasse duodecim diis. Hæc fana sunt oppidula juxta Ponti ostium posita. Est etiam *templum Deæ Phrygiæ* sacrum illustre et publice cultum.

LXXVI. Post hæc *Chrysorrhoas* fluvius per angustam et aditu difficilem vallem a tergo positam delabitur leni fluxu, arenam auro similem deferens. Circa hunc secturæ sunt, et terræ fossiones, et cuniculi acti ad scrutandas metallorum venas, antiquorum virorum opera scrutantium divitis terræ facultates. Paulo ultra fluvium sunt nuncupata *Chalcæa*, locus vicinus mari fluctuoso quidem, sed tamen piscoso: nominatus est ab ære metallo.

LXXVII. In summo vertice collis, secundum quem descendit Chrysorrhoas, exsistit *Timæa turris* admodum excelsa, circumspecta, et permulto mari illustris, ad salutem navigantium excitata. Utraque enim Ponti pars caret portubus naves excipientibus. Nam maris insedati et turbulenti littus longum in neutram continentem flexiones habet. Ex hac turre faces ardentes noctu sublatæ perferebantur, rectæ viæ ad Ponti ostium duces. At barbari verarum facium fidem auferebant, prætendentes ex Salmydessi littoribus fraudulentas faces, ut in errorem nautas inducerent, in naufragiaque subducerent. Ora enim maritima importuosa est, et maris vadum ob excessum aquarum ancoris non firmum, et paratum his qui aberrarunt a recta via naufragium, signis veris confusis cum falsis significationibus. Jam vero lucernam exstinxit tempus omnia consumens, et turrim magna ex parte dissolvit.

LXXVIII. His... ante commemoratis locis proximus succedit *Phosphorus* locus, qui vel a Diana vel a vicina antiqua pharo cognomen traxit.

LXXIX. Huic adjunctum et continens longum littus vocatum *Ephesiorum* est *portus*, a multis navibus Ephesiorum huc appulsis.

LXXX. Post Ephesiorum portum est *Aphrodisium*, formidabili tectum præcipitio.

5. *promontorium Amilton* Gb. *pr. Smilton* id. || 9. «vatis jussu» addit F ex Gb commentar. III, v : *cum Dionysius Byzantius dicat Jasonem vatis jussu sacrificasse duodecim diis.* || 9. *oppidulum... quod Dionysius appellat* πολίχνιον in commentario Gb. || 15. Χαλκεῖα conj. F; *Chalcea* M. || 18. *Thimea turris* Tab. Peuting. apud M. || 30-31. *longum littus et portus vocatus Ephesiorum a multis navibus Ephesiorum huc appulsis* emendavit Frickius (quippe cui portus nomen in ipsum littus cadere posse non videretur) sequutus conjecturam Lambecii qui Græca suspicabatur ea : Ἔπειτα προσεχής τέ ἐστι καὶ μακρὸς αἰγιαλὸς καὶ ὁ λιμὴν ὁ καλούμενος Ἐφεσίτης vel τῶν Ἐφεσίων. Sed correctio inutilis videbitur, si comparaveris infra, p. 31, l. 12 ed. nostræ, ubi *littus planum et multum appellatur Phryxi portus.* Itaque Græca (opinor) potius fuerint hæc : Τούτῳ (scilicet Φωσφόρῳ) συνεχής τε καὶ μακρὸς αἰγιαλὸς Ἐφεσίων καλεῖται λιμήν.

LXXXI. Post hunc est *portus Lyciorum;* is subarenosum littus et sterile habet, in parvo ambitu valde bonus et firmus tutusque est.

LXXXII. Supra hunc portum Lyciorum est *Myrileum* (Ἐπ' αὐτῷ [λιμένι Λυκίων] Μυρίλειόν ἐστι), domicilium eorum qui ob seditionem a Myrlæa in exsilium projecti huc solum verterunt.

LXXXIII. Post Myrileum est *Licnias,* forsitan nominatus sive ex eo quod ad similitudinem cunarum concavus sit, sive ex eo quia secundum imas suas partes undique suam projectam eminentiam dilatat.

LXXXIV. Apud hunc locum est collis saxeus nuncupatus *Gypopolis,* cognomen adeptus sive ab immanitate Thracica et barbara agrestique (aiunt enim hic habitasse Phineo regi subjectos crudelitate plurimum eminentes), sive etiam appellatus est Gypopolis ex eo quod vultures frequentes apud hunc locum versari gaudeant.

LXXXV. Paulo ultra Gypopolim est petra *Dotina* nominata, non in magnam maris altitudinem abdita, neque supra aquam exstans; naves in ipsam impinguntur. Petræ nomen ironia dissimulantiaque ridet navigantium ignorantiam. Δωτίνην vocant Dorienses ab aliis Græcis nominatam προῖκα.

LXXXVI. Post Dotinam petram exsistit promontorium nuncupatum *Panium,* parallelum Cyaneis, intercedente medio maris littore. In fine autem promontorii parvæ insulæ, termini Pontici maris, a continente diremptæ parvo maris spatio intermedio, quod perlevibus et perparvis navigiis permeari et transiri potest ob mare minime profundum. Sublimes autem *Cyaneæ* et supra mare elatæ, adspectum gerentes similem Cyano, sive a terra multiformi, sive ex refractione maris. Supra Cyaneas *ara* exsistit *Apollinis* a Romanis statuta.

LXXXVII. A Cyaneis ad orientem multus Pontus patet in terminum adspectu incomprehenso et non percepto oculis vastum. Visionis nescio majorne voluptas an admiratio. A meridie autem est promontorium, claudens pulchrum Ponti ostium, et magnum pelagus et apertum adstringens in fretum angustum. Ex Cyaneis Europæis trajicienti in Asiam primum quidem est promontorium nuncupatum

3. *super hoc est Myrlæum* Gb, qui addit : *In Dionysiano codice legendum puto potius Myrleium quam Myrileium* (*Myreleium* edd.). Græca deinde ponit (II, xxi, p. 158, ed. princ.) in hunc modum : Ἐπ' αὐτῷ λιμένι Λυκίων Μυρίλειόν ἐστι, ubi verba λιμένι Λυκίων mihi videtur Gillius de suo addidisse, quippe quum Anapli auctor Dionysius ubique ἐπ' αὐτῷ, omisso substantivo, scribere consueverit. Itaque uncis seclusi. || 13. Græce videtur fuisse Δωτίνα dorico more pro Δωτίνη. || 18. Post *parallelum Cyaneis* addit Gb : *quasi par et æmulum contra Cyaneas situm.* Quæ verba expunxi, quum nihil sint nisi interpretatio græcæ vocis παράλληλον. Etenim Græca suspicor fuisse hæc : Μεθ' ἣν (sc. Δωτίνην vel Δωτίναν πέτραν) ἄκρον καλούμενον Πάνειον, παράλληλον Κυανέαις. || 22. *Cyano*=κυανῷ. || 23. Cf. Gb comm. II, xxiv (p. 180, ed. princ.) ubi interpunctio sic videtur corrigenda : *Vestigia aræ Apollinis quam Dionysius tradit Romanos statuisse supra Cyaneas nulla jam exstant, nisi scrobiculi seu fossulæ excavatæ in petræ secundæ vertice ubi etiamnum exstat columna marmorea cujus basis (in qua inscriptio continens nomen C. Cæsaris incisa litteris Latinis exesa est temporis vetustate) exsistit marmoris candidissimi, alta circiter sex dodrantes et sex digitos ..... Basim existimo reliquias aræ Apollinis.*

Ancyreum : ab hoc enim aiunt lapideam ancoram accepisse navigantes cum Jasone vatis admonitu, eidemque promontorio nomen dedisse Ancyreum.

LXXXVIII. Post promontorium Ancyreum est *Pyrgos Medeæ* Colchidis, petra rotunda, in directum tumulum elata.

LXXXIX. Ultra Pyrgon Medeæ insula exsistit, quæ maris perturbati fluctibus obruitur, tranquillo mari manifesta apparet. Hujus extremas partes et cacumina *Cyaneas* nominarunt, ne secundum Asiam natura expers esset insularum et fabula fide careret, tradente Cyaneas olim inter se concurrisse, Symplegadesque a re quæ accidisset nominatas esse; inde stationem firmam habere apud utramque continentem, ad vadum maris suis radicibus adnitentes fato, in utramque partem separationis servantes fidem.

XC. Post Cyaneas est promontorium *Coracium* et latum littus, cui nomen Παντείχιον, ab exstructione fossarum omnem hunc locum ambientium.

XCI. Pantichium *Chelæ* subsequuntur, quarum alteræ nominatæ a figura, alteræ ab aliis rebus appellantur.

XCII. Post Chelas est nuncupatum *Hieron* (hoc est *Fanum*) a Phryxo Nephelæ et Athamantis filio ædificatum, quum navigaret ad Colchos, a Byzantiis quidem possessum, sed commune receptaculum omnium navigantium. Supra templum est murus in orbem procedens; in hoc est arx munita, quam Galatæ populati sunt, ut alia pleraque Asiæ. Possessio autem Fani controversa fuit, multis ipsam sibi vindicantibus ad tempus mari imperantibus, sed maxime omnium Chalcedonii hunc locum sibi hæreditarium asserere conabantur; verumtamen possessio semper remansit Byzantiis, olim quidem ob principatum et domesticum robur (multis enim navibus mare possidebant), rursus vero quum emissent a Callimede Seleuci exercitus duce.

XCIII. In fano. . . statua ærea est antiquæ artis, ætatem puerilem præ se ferens, tendens manus. Causæ multæ afferuntur, cur hæc statua sit in hanc figuram conformata. Quidam. . . aiunt audaciæ signum esse navigantium, deterrens temeritatem navigationis periculis plenam, atque ostendens redeuntium salutis felicitatem et pietatem: non enim sine terrore utrumque est. Alii dicunt puerum in littore errantem aliquanto post venisse quam e portu navis soluta esset, salutisque desperatione affectum manus ad cœlum tendere; pueri autem preces deum exaudientem reduxisse navem in portum. Alii aiunt in magna maris tranquillitate, omni vento silente, nave diu retardata, nautas inopia potus laborasse: navarcho autem visionem insedisse, jubentem ut navarchus filium suum sacrificaret, non enim alio modo posse assequi commeatum et ventos. Navarcho necessitate coacto et parato puerum sacrificare, manus quidem puerum tetendisse, deum vero misericordia motum ob absurdum pueri supplicium obque pueri ætatem sustulisse puerum, et ventum

1. « ancora » = ἄγκυρα unde Ἀγκύρειον F. Ἀγκύραιον M. *Ancyreum* Gb (ed. princeps). Ponit modo *Ancyreum* modo *Ancyraeum* ed. Elzevir. || 7. *nec fabula* corr. M. || 12. [*Dionysius*] *ait post Cyaneas esse* Gb. || 14. Chelæ = Χηλαί (αἱ) supra, p. 22, l. 17 ed. nostræ. || 16. *inde subjungit Dionysii Anaplus post Chelas esse* Gb. || 16-25. Græce ponit Ἱερὸν in commentario Gb. || 26. « tendens manus » conf. Philostrat. Imag. I, xii, 2, p. 349 ed. Didot : *καὶ ὁ Ἔρως ἐπὶ τῇ πέτρᾳ τείνει τὴν χεῖρα ἐς τὴν θάλατταν.*

secundum immisisse. Hæc quidem et his contraria, ut cuique placuerit, credibilia existimentur.

XCIV. Sub Fani . . . promontorium subit et succedit *Argyronicum* nominatum, ex eo quod multa pecunia emptum fuisset.

XCV. Post . . . succedunt et subeunt loca nuncupata *Herculis κλινη* (hoc est *lectus*), et *Nymphæum;* ubi [ἔνθα] nominata ***Insana Laurus,*** apud quam aiunt Amycum Bebrycum regem habitasse, pugillatus pugna omnibus suæ ætatis hominibus præstantem, nisi a Polluce victus fuisset, Jovis et Ledæ filio. Ille enim in expeditione Colchica ex provocatione conflixit cum Polluce, ab eodemque Polluce periit, pœnasque dedit in externos crudelitatis, exortaque fuit planta illius insaniæ insigne divinius quam humana mens assequi queat. Nam si quis hanc laurum intulerit in convivium, convivas simili insania afficiet, et contumelia implebit. Hoc sane experientia didici, naturam immortali memoriæ regis illius iniquitatem tradidisse ex ipsa lauro.

3. Scribit modo *Argyronicum* modo *Argyronium* Gb. ‖ 5. *Herculis κλινὴ* Gb. ‖ 6. *ἔνθα* (*ubi*) habuit codex Gillianus, sed *ἔνθεν* (*inde*) conjecit Gillius ex Andrœta Tenedio in Periplo Propontidis ap. Schol. Apoll. Rhod. II. 159. ‖ 6. «Insana Laurus» græce [*δάφνην*] *Ψυχόνουν* apud Gb (De Bosp. Thrac. III, vi (p. 218 ed. princ.) = *Δάφνη Μαινομένη* ap. Arrian. Peripl. P. Eux. § xxxvii, et Steph. Byz. s. v. *Δάφνη* ubi *Φαινομένη* codd.

[ΣΥΝΕΧΕΙΑ ΤΟΥ ΑΝΑΠΛΟΥ.]

XCVI. [Μεθ' ἣν (scilicet Δάφνην Ψυχόνουν) κόλπος βαθύτατος, καλούμενος Μουκάπορις· ἔσ1ι δὲ ὄνομά τινος] τῶν ἀπὸ τῆς Βιθυνίας βασιλέων· λιμὴν ἐν αὐτῷ πάνυ καλός· μεθ' ὃν ἀκρωτήριον Αἰετοῦ Ῥύγχος, τοὔνομα μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, πετρῶδες δὲ ἅπαν καὶ ἀγχιβαθές.

XCVII. Ἔνθεν κόλπος Ἄμυκος ἐπίκλησιν, καὶ Γρωνυχία πεδίον ὕπ1ιον· Θῆραι δ' ἐν αὐτῷ κητωδῶν ἰχθύων· ἑξῆς Παλῶδες ἀπὸ τῆς ὁμοίας προχώσεως τοῦ κατὰ Βυζάντιον.

XCVIII. Ἔπειτα Κατάγγιον κόλπος, ἰχθύων ἐπαγωγὸς, ὡς οὐχ ἕτερος· μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ μηδὲν ὑποσ1ειλάμενον τἀληθὲς εἰπεῖν, μόνος εὔθηρος ἐκ τῆς Χαλκηδονίων ἀκτῆς· τὰ ἄλλα μὲν γὰρ διαφέρει τοσούτῳ τῶν Εὐρωπ[αίων], ὅσον θάλατ1α τῆς γῆς· ἐπ' αὐτῷ δὲ Ὀξύρρους ἄκρα.

XCIX. Μεθ' ἣν πολὺς καὶ ἐπίπεδος αἰγιαλὸς Φρύξου καλεῖται λιμήν.

C. Μεθ' ὃν ἄλλος ὅρμος Φιέλα Χαλκηδονίων τῶν μέγα δυνηθέντων ἀνδρῶν.

4. δ' ἅπαν A¹.‖5. ἐπὶ κλῆσιν A¹.‖6. κητώδεις A¹.—ἐξ ἧς A¹.‖10-11. Εὐρωπ. A¹.‖13. μεθ' ἣν ἄ. ὅ. Φιέλα A¹.

[SEQUITUR DIONYSII ANAPLUS.]

XCVI. Post Laurum Insanam sequitur sinus profundus valde, nominatus *Moucaporis*, a rege quodam Bithyniæ. Portus in ipso perbonus, post quem est promontorium *Aëtorynchos* a figura nominatum : est autem petrosum totum, et proximum habens mare profundum usque ad oram littoris.

XCVII. Inde sinus *Amycus* appellatus, et *Gronychia* campus supinus : in ipso autem sinu piscationes cetaceorum piscium; deinde *Palodes* a simili exaggeratione paludum quæ sunt apud Byzantium.

XCVIII. Subsequitur sinus nuncupatus *Catangion*, ad se maxime alliciens pisces, si quis alter, ac potius (si decet nihil supprimendo veritatem dicere) solus ex littore Chalcedoniorum est bene piscosus. Ceterum enim tantum differt ab Europæo, quantum differt mare a terra. Supra ipsum est promontorium *Oxyrrhous*.

XCIX. Post Oxyrrhoum [succedens] littus planum et multum appellatur *Phryxi portus*.

C. Post quem alter portus est *Phiela* Chalcedoniorum valde potentum.

2-3. *promontorium* Ἀετόρηχον Gb.‖5. *campus supinus et planus* Gb.‖6. *deinde Paludes* Gb. ‖ 7. *quæ sunt in penitimo sinu nuncupato cornu Byzantii* Gb.‖8. *post..... Paludes subsequitur sinus nuncupatus* Κατάγγειον Gb.‖9. *si nihil decet supprimere eum qui veritatem dicit* Gb.‖10. *verumtamen tantum* Gb.‖11. Ἐπ' αὐτῷ ὀξύρρους ἄκρα *hoc est in ipso vel post ipsum est promontorium Oxyrrhoum* Gb.‖14. *portus et Phiela* Gb.

CI. Ἐπὶ δ' αὐτῷ βουνὸς ὕπτιος καὶ περιφερὴς εἰς κύκλου σχῆμα περιγράφων τὴν βάσιν. Θέατρον δέ τις εἰκάσειεν ὁρᾷν, ἀπρονόητον ἐπιτήδευμα τῆς φύσεως· τοῦτο δ' ἄρα καὶ κέκληται.

CII. Πλησίον δὲ, ἄκρα Λέμβος ὄνομα· κέκληται δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος· καὶ συνεχὴς αὐτῷ αἰγιαλός· κατὰ στόμα δὲ αὐτῷ, νῆσος πάνυ βραχεῖα, καθ' ἣν λευκαινόμενος ὁ βυθὸς ὑφάλοις ῥαχίαις ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἀποτρέπει τῶν ἰχθύων τὸν δρόμον· πτοούμενοι γὰρ δὴ τὴν ὄψιν, ἐπίφορον τῷ ῥεύματι τέμνουσι τὸν πόρον· Βλάβην αὐτὸ Χαλκηδόνιοι καλοῦσιν, ἑτοῖμον ὄνομα θέμενοι καὶ τῇ πείρᾳ τοῦ συμβαίνοντος οἰκεῖον.

CIII. Ἔνθεν τὸ καλούμενον Ποταμώνιον, καὶ μετ' αὐτὸ Ναυσίκλεια, καθ' ἥν, φασὶ, Χαλκηδόνιοι ναυμαχίᾳ περιεγένοντο τῶν ἐναντία σφίσι πλεόντων.

CIV. Ἐχαία τε περίρρουν ἀκρωτήριον, καὶ Λυκάδιον κόλπος ἐπιεικῶς βαθύς· ἡ μὲν, ἀπὸ ἀνδρὸς Μεγαρέως· Κυκλάδιον δὲ, ἀπό τινος τῶν ἐπιχωρίων.

CV. Πλησίον δὲ αὐτοῦ Ναυσιμάχιον, ἄλλης ναυμαχίας παράσημον χωρίον.

CVI. Ὅθεν Κικόνιον· ὠνομάσθη δὲ καθ' ὑπερβολὰς χαλεπότητος καὶ μοχθηρίας τῶν ἐποικησάντων· στάσει γὰρ δὴ βιασθέντες, ἐξέπεσον τῆς χώρας.

4. δ' ἀπὸ A[1]. ‖ 5. βραχεία A[1]. ‖ 13. τὸ περίρρουν A[1].

CI. Supra ipsum est tumulus supinus et rotundus, in circuli figuram circumscribens basim. *Theatrum* aliquis conjectaret se videre improvisum, a natura constitutum. Hoc etiam invenit nomen.

CII. Prope autem est promontorium nominatum *Lembus* a similitudine lembi. Sub littus illi continuum, est insula valde brevis, juxta quam maris vadum exalbescens cautibus sub aqua jacentibus in Europam avertit piscium cursum, cujus adspectu exterriti fretum transeunt secundo Bospori fluxu. Chalcedonii ipsam insulam appellant *Blaben,* apto nomine et proprio experientiæ rei quæ accidere solet.

CIII. Inde est *Potamonion;* post Potamonion succedit *Nausiclia,* apud quam dicunt Chalcedonios bello navali superasse adversarios contra se navigantes.

CIV. [Inde] *Echæa,* circumfluum promontorium, et sinus appellatus *Lycadion* satis profundus : illud quidem a viro Megarensi; Cycladion vero [sive Lycadion], a quodam indigena.

CV. Prope illud est *Nausimachium,* locus altera pugna navali illustris.

CVI. Inde *Ciconium* nominatum ab excessu sævitiæ et malitiæ incolarum; seditione enim violenta pressi ex loco exciderunt.

1. *Ἐπὶ δὲ αὐτῷ id est in ipso vel post ipsum Phiela* Gb. ‖ 3. «hoc etiam invenit nomen» om. Gb. ‖ 8. *appellant* Βλάβην Gb. ‖ 11. *Echæa περίρρουν promontorium* Gb. ‖ 12. *Lycadium sive Cycladion* Gb. ‖ 14. *prope Lycadium promontorium* Gb. ‖ 15. «sævitiæ et» om. Gb.

CVII. Κατόπιν δὲ αὐτοῦ, τὸ μὲν Ἄκραι Ῥοιζοῦσαι λεγόμεναι, τοῦ περὶ αὐτὰς ἀγνυμένου καὶ ῥοιζοῦντος κύματος, τὸ δὲ Δίσκοι· μείζων μὲν ὁ πρῶτος, παρὰ πολὺ δὲ ὑποδεέστερος [ὁ ἕτερος]· ἄμφω δὲ καθ' ὁμοιότητα τοῦ σχήματος.

CVIII. Τούτῳ συνεχὲς [Μέτωπον] τῷ κατὰ τὴν Εὐρώπην παράλληλον· μεθ' ὃ λιμὴν κάλλιστος ἔκ τε μεγέθους καὶ ἡσυχίας· περιγράφει δὲ αὐτοῦ τὸ μέγεθος ἠϊὼν βαθεῖα καὶ μαλθακή.

CIX. Τὰ δὲ ὑπὲρ τῆς θαλάσσης πεδίον ἐπάντες εἰς τὴν ἀκτήν· κέκληται δὲ Χρυσόπολις· ὡς μὲν ἔνιοί φασιν, ἐπὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἐνταῦθα ποιουμένων τοῦ προσιόντος ἀπὸ τῶν πόρων χρυσοῦ τὸν ἀθροισμόν· ὡς δὲ οἱ πλείους, Χρύσου, παιδὸς Χρυσηΐδος καὶ Ἀγαμέμνονος, τάφος· ἐνταῦθα γὰρ αὐτὸν φεύγοντα κατὰ δέος Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας, ἀφικέσθαι διανοούμενον ἐς Ταύρους εἰς Ἰφιγένειαν περαιοῦσθαι τὴν ἀδελφήν· ἤδη γὰρ εἶναι τὴν Ἰφιγένειαν Ἀρτέμιδος ἱέρειαν· νόσῳ δὲ καμόντα, καταλιπεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ χωρίῳ τοὔνομα· δύναιτο δ' ἂν καὶ διὰ τὴν τοῦ λιμένος εὐκαιρίαν οὕτω κεκλῆσθαι, χρυσῷ παρομοιούντων τὸ θαυμαστόν.

CX. Ἔνθεν ἄκρα προπίπτει ταῖς τῆς θαλάττης πληγαῖς ἐπίδρομος·

3. ὁ ἕτερος om. A¹. || 5. συνεχὲς καὶ τῷ πόντῳ A¹. || 6. μεθ' ὃν A¹. — περιγραφὲς A¹. || 7. βαθεία A¹. || 10. τοῦ προσιόντος ἀπὸ τῶν πόλεων χρυσοῦ St. Byz. || 17. θαλάσσης A¹.

CVII. A tergo autem Ciconii, sunt partim Ἄκραι Ῥοιζοῦσαι ex eo nominatæ quod circa ipsas franguntur fluctus et cursu murmurante (*ῥοιζοῦντος*) feruntur, partim *Disci*: major quidem primus, multo vero minor secundus; ambo appellati a similitudine figuræ.

CVIII. Huic continuum est [Metopon] Metopo Europæo parallelum. Post quem sequitur portus magnitudine et tranquillitate pulcherrimus. Ipsius magnitudinem circumscribit littus profundum et molle.

CIX. Supra mare jacet campus acclivis in littus : appellatur autem *Chrysopolis*, ut quidam dicunt, ex eo quod Persæ imperantes in hunc locum cogerent auri acervos a tributorum reditu; ut vero plerique [tradunt], a Chryse filio Chryseidis et Agamemnonis ibi mortuo et sepulto. In hunc enim locum dicunt Chrysen fugientem metu Ægisthi et Clytæmnestræ pervenisse, cogitantem in Tauros transire ad sororem Iphigeniam, jam sacerdotem initiatam Dianæ; sed illum morbo laborantem hic sepultura affectum fuisse, suoque ex nomine loco nomen reliquisse. Posset etiam ob portus commoditatem ita appellari ab iis qui mirabilia auro comparare solent.

CX. Post Chrysopolim, promontorium maris ictibus expositum prominet; multa

1. Ῥοιζοῦσαι ἄκραι Gb. || 3. «vero» om. Gb. || 5. «huic continuum..... post quem» om. Gb, qui ponit *post Discos sequitur*. || 8-9. *appellata autem est Chrysopolis ut aliqui dicunt a Persarum imperio huc acervos auri collecti ex vectigalibus redigente* in commentario Gb. || 10. *exactos ab urbium tributis* Gb. — *ut vero multi tradunt* Gb.

ϖολὺς γὰρ ἐπ' αὐτὴν ὠθούμενος ὁ ϖλοῦς ϖρὸς τὴν καλουμένην ἀνθαμιλλᾶται Βοῦν· *ἔσ7ι δὲ οἷον ἀφετήριον τοῦ ϖρὸς τὴν* Εὐρώπην *διάπλου· καὶ κίων λίθου λευκοῦ, καθ' ἧς βοῦς,* Χάρητος Ἀθηναίων *σ7ρατηγοῦ ϖαλλακὴν* Βοΐδιον *ἐνταῦθα καμοῦσαν ἀποκηδεύσαντος· σημαίνει δὲ ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ λόγου τἀληθές· οἱ μὲν γὰρ εἰκαίαν καὶ ἀταλαίπωρον ϖοιούμενοι τὴν ἱσ7ορίαν, οἴονται τῆς ἀρχαίας λήξεως εἶναι τὴν εἰκόνα, ϖλεῖσ7ον ἀποπλανώμενοι τἀληθοῦς.*

CXI. Μετὰ *δὲ τὴν* Βοῦν, Ἡραγόρα *κρήνη, καὶ τέμενος ἥρωος* Εὐρώσ7ου· *μεθ' ὃν αἰγιαλὸς ὕπ7ιος,* Ἱμέρῳ *ϖοταμῷ καταρδόμενος, καὶ ἐν αὐτῷ τέμενος* Ἀφροδίτης· *ϖαρὰ δ' αὐτὸν ὀλίγος ἰσθμὸς ϖολλὴν ϖάνυ ϖεριγράφει χερρόνησον, ἐφ' ἧς ἡ ϖόλις, μικρὸν ὑπὲρ* Χαλκηδόνος *ϖοταμοῦ· καὶ λιμένες ἀμφοτέρωθεν, κατὰ τὰς ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν ἀναχωρήσεις· αὐτοφυὴς μὲν ὁ ϖρὸς ἑσπέραν ἀφορῶν, χειροποίητος δὲ ὁ ϖρὸς τὴν ἕω καὶ* Βυζάντιον. Αὕτη *δ' ἀνέσ7ηκε, λόφου μὲν χθαμαλωτέρα, ϖεδίου δὲ τραχυτέρα· ϖολλὰ δὲ ἐν αὐτῇ θαυμάσια, κατά τε ἀρχαιότητα τῆς κτίσεως, καὶ ϖράξεις,*

1. *τὸν καλούμενον* A[1]. || 3. *ῥάχητος* A[1].

enim navigatio ad ipsum impulsa contra promontorium nominatum *Bovem* concertat. Est autem [is locus] tanquam e carceribus emittens trajicientes in Europam. In hoc promontorio exsistit columna lapidis albi, in qua exstat bos, quippe quum Charetis imperatoris Atheniensium pellex Boidion hic mortua et sepulta sit. Inscriptio autem significat sermonis veritatem; at illi, qui vanam et negligentem reddunt historiam, putant imaginem ad antiquum eventum pertinere, plurimum aberrantes a veritate.

CXI. Post [locum appellatum] Bovem, [sequitur] fons [nominatus] *Heragora* et *delubrum* herois *Eurosti*. Secundum id [exsistit] littus supinum et planum, *Himero* fluvio irrigatum, in ipsoque *Veneris templum*, atque juxta ipsum parvus isthmus multam circumscribit cherronesum, in qua urbs *Chalcedon*, paulo supra fluvium [appellatum] Chalcedonem [sita], portus utrinque [habens] in flexibus in isthmum recedentibus, unum quidem naturalem ad vesperam spectantem, alterum vero manu factum ad solis ortum et ad Byzantium. Ipsa autem effertur, colle quidem humilior, planitie vero asperior. Multa in [urbe] hac admiratione digna, ob antiquitatem originis et res gestas et fortunas et in utramque partem mutationes :

3-4. *exstat Bos Charetis imperatoris Atheniensium conjux quam hic mortuam sepélivit* Gb. || 5. «et negligentem» om. Gb. || 6. *putant antiquæ Bovis statuam* Gb. || 6. «plurimum» om. Gb. || 7. *a veritate. Inscripti enim in columnæ basi hi versus sunt* Gb, qui ponit deinde versus octo Ἰναχίης βοὸς κ. τ. λ. quos vide infra. || 8. *nominatus Hermagora* Gb. || 9-10. *LENISSIMO fluvio* Gb. || 13. «naturalem» om. Gb. || 13-14. «vero manu factum» om. Gb. || 14. «et ad Byzantium» om. Gb. — *ipsa quidem* Gb. || 16. «originis» om. Gb.

καὶ τύχας, καὶ τὰς ἐπ' ἀμφότερα μεταβολάς· μάλιστά γε μὴν, τέμενος καὶ χρηστήριον Ἀ*πόλλωνος, οὐδενὸς τῶν ἄκρων ἀποδεέστερον.*

CXII. Ἔ*στω δὲ τέρμα τῷ λόγῳ, ταὐτὸν δὲ καὶ τοῖς ἐπιοῦσι τὸν* Β*όσπορον τῆς ἱστορίας.*

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΑΝΑΠΛΟΥΣ ΒΟΣΠΟΡΟΥ.

maxime autem [admirabilia] ***Apollinis templum et oraculum***, nullo summorum inferius.

CXII. Verum finis esto mei sermonis, idem atque explorantibus Bosporum [terminus] explorationis.

[Explicit] Dionysii Byzantii Anaplus Bospori.

1. *summorum oraculorum* Gb. || 3. *finis esto meæ Bospori historiæ* omissis ceteris Gb.

In fine apographi legitur nota critica illis persimilis quæ sæpius in codice Palatino cccxcviii occurrunt. Sequitur deinde epigramma illud quod Gillius in textu (fragm. 66 FM) post verba *aberrantes a veritate* (ἀποπλανώμενοι τἀληθοῦς, p. 34, l. 7, ed. nostræ) reposuit. Etenim post subscriptionem Διονυσίου Βυζαντίου Ἀνάπλους Βοσπόρου pergit librarius in hunc modum :

Διώρθωται οὐ πρὸς πάνυ σπουδαῖον ἀντίγραφον. Τὸ *ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τῆς λιθίνης βοὸς, δηλοῦν τίνων ἐσ7ηλώθη χάριν·*

Ἰναχίης βοὸς οὐκ εἰμὶ τύπος, οὐδ' ἀπ' ἐμοῖο
  κλήζεται ἀντωπὸν Βοσπόριον πέλαγος.
Κείνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν Ἥρης
  ἐς Φάρον· αὐτὰρ ἐγὼ Κεκροπίς εἰμι νέκυς.
Εὐνέτις ἦν δὲ Χάρητος, ἔπλων δ' ὅτ' ἔπλωεν ἐκεῖνος
  τῇδε Φιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.
Βοίδιον οὔνομα δ' ἦεν ἐμοὶ τότε· νῦν δὲ Χάρητος
  εὐνέτις ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέραις.

1. *διόρθωται* A^{1}. — *ἀντίγραφον τὸ ἐπίγρ.* sine interpunctione A^{1}. ‖ 3. *ἰναχίνης* A^{1}. ‖ 4. *κλητίζεται* A^{1}. ‖ 5. *πάροιθεν* A^{1}. ‖ 7. *ὅτε πλῶεν* A^{1}. ‖ 9. *βοίδιον* A^{1}. — *ἦν ἐν ἐμοὶ* A^{1}.

In fine apographi legitur nota critica illis persimilis quæ sæpius in codice Palatino cccxcviii occurrunt. Sequitur deinde epigramma illud quod Gillius in textu (fragm. 66 FM) post verba *aberrantes a veritate* (ἀποπλανώμενοι τἀληθοῦς, p. 34, l. 7, ed. nostræ) reposuit. Etenim post subscriptionem Διονυσίου Βυζαντίου Ἀνάπλους Βοσπόρου pergit librarius in hunc modum :

Διώρθωται οὐ πρὸς πάνυ σπουδαῖον ἀντίγραφον. Τὸ *ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τῆς λιθίνης βοὸς, δηλοῦν τίνων ἐσ7ηλώθη χάριν·*

Ἰναχίης βοὸς οὐκ εἰμὶ τύπος, οὐδ' ἀπ' ἐμοῖο
κλήζεται ἀντωπὸν Βοσπόριον *πέλαγος.*
Κ*είνην γὰρ τὸ πάροιθε βαρὺς χόλος ἤλασεν* Ἥ*ρης*
ἐς Φ*άρον· αὐτὰρ ἐγὼ* Κ*εκροπίς εἰμι νέκυς.*
Εὐ*νέτις ἦν δὲ* Χ*άρητος, ἔπλων δ' ὅτ' ἔπλωεν ἐκεῖνος*
τῇδε Φ*ιλιππείων ἀντίπαλος σκαφέων.*
Β*οίδιον οὔνομα δ' ἦεν ἐμοὶ τότε· νῦν δὲ* Χ*άρητος*
εὐνέτις ἠπείροις τέρπομαι ἀμφοτέραις.

1. *διόρθωται* A¹. — *ἀντίγραφον τὸ ἐπίγρ.* sine interpunctione A¹. ‖ 3. *ἰναχίνης* A¹. ‖ 4. *κλητίζεται* A¹. ‖ 5. *πάροιθεν* A¹. ‖ 7. *ὅτε πλῶεν* A¹. ‖ 9. *βοΐδιον* A¹. — *ἦν ἐν ἐμοὶ* A¹.

SCHOLIA ET SUMMARIA

IN DIONYSII BYZANTII ANAPLUM BOSPORI.

Hæc scholia et summaria margini codicis A rubro colore appicta sunt. Præmittitur nota atramento scripta : Cη (*σημείωσαι*) *τὸ τοῦ Διονυσίου συγγραμμάτιον*. Inde sequuntur notæ rubricatæ, in extrema pagellarum ora dispositæ hoc ordine:

1. **Περὶ τοῦ Εὐξείνου Πόντου.** (ad p. 2, l. 4 ed. nostræ).
2. **Τίς ἡ Μαιῶτις λίμνη καὶ ἀΦ' ἧς αἰτίας ἔχει τοὔνομα.** (ad p. 2, l. 6.)
3. **Περὶ τῶν εἰς τὸν Πόντον περιοικούντων.** (ad p. 2, l. 12.)
4. **Ὅτι ὁ Εὔξεινος Πόντος οὐκ ἔστι θηρίων γόνιμος καὶ ἡ τούτου αἰτία.** (ad p. 3, l. 2.)
5. **Πόθεν εἰκὸς..... τὰς τοῦ Πόντου πέτρας Συμπληγάδας ὀνομάζεσθαι.** (ad p. 3, l. 7.)
6. **Ὅτι ἡ Βοσπόριος ἄκρα.....** (ad p. 3, l. 14.)
7. **Περὶ τοῦ καλουμένου Κέρατος.** (ad p. 4, l. 3.)
8. **Περὶ μεγέθους τῆς πόλεως, ὅ ἐστι μιλίων τεσσάρων** (cod. δ̄) **καὶ σταδ[ίων] πέντε** (cod. ε̄) **καὶ ἔτι τῆς θέσεως.** (ad p. 4, l. 9.)
9. **Αἰτία δι' ἣν Κέρας καλεῖται.** (ad p. 5, l. 2.)
10. **Περὶ τῆς ἄκρας ἣ Βοσπόριος** (cod. *βοσπόρειος*) **καλεῖται καὶ δι' ἣν αἰτίαν.** (ad p. 5, l. 9.)
11. **Τοῦτο καὶ Ἀριανὸς** (sic cod.) **λέγει ἐν τοῖς Βιθυνιακοῖς αὐτοῦ.** (ad p. 5, l. 11.)
12. **Σ[ημείωσαι] τὴν σύνταξιν· οὐκ εἶπε· κληρονομεῖ ἀπ[ὸ τοῦ] ὀνόματος, ἀλλὰ τοὔνομα.** (ad p. 5, l. 16.)
13. **Περὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ τῆς Ἐκβασίας** (sic marg. *ἐκβασίου* text.) **Ἀθηνᾶς καὶ πόθεν εἴρηται.** (ad p. 5, l. 17.)
14. **Περὶ τοῦ πρὸς τῇ Βοσπορίῳ ἄκρᾳ νεὼ τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τῶν ἱστορουμένων περὶ αὐτόν.** (ad p. 6, l. 1.)
15. **Περὶ τῶν λιμένων τῆς πόλεως τῶν ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ τῇ Βοσπορίῳ** (cod. *βοσπορείῳ*). (ad p. 6, l. 10.)
16. **Περὶ τοῦ νῦν ἔτι σωζομένου λιμένος τοῦ ἐν τῷ καλουμένῳ Νεωρίῳ.** (ad p. 6, l. 11-13.)

17. Περὶ τοῦ τῆς Δήμητρος (cod. δημήτρας) καὶ Κόρης ναοῦ (cod. νήσου). (ad p. 7, l. 5.)
18. Περὶ τοῦ τῆς Ἥρας καὶ Πλούτωνος νεώ. (ad p. 7, l. 8.)
19. Ὅτι ἐκ Μεγαρικοῦ ἔθνους Πολυείδῳ μάντει (cod. μάντι) καὶ τοῖς ἐκείνου παισὶν ἐνήγιζον κατ' ἔτος Βυζάντιοι. (ad p. 7, l. 14.)
20. Περὶ τῶν ἐν τῇ Βυζαντίδι καλουμένων Σκιρωνίδων πετρῶν, καὶ ὅτι καὶ Κορίνθιοι Μεγαρεῦσιν ἐκοινώνησαν τῆς ἐκεῖ ἀποικίας. (ad p. 8, l. 1.)
21. Περὶ τοῦ καλουμένου Μελία κόλπου. (ad p. 8, l. 10.)
22. Περὶ τοῦ καλουμένου Κήπου. (ad p. 8, l. 15.)
23. Περὶ τοῦ Ἀψασιείου καὶ διὰ τί (cod. διατί) οὕτως καλεῖται. (ad p. 9, l. 3.)
24. Περὶ τοῦ καλουμένου Ἰνγενίδου καὶ τοῦ Περαϊκοῦ καὶ πόθεν ἑκατέρῳ τὸ ὄνομα. (ad p. 9, l. 14-15.)
25. Περὶ τοῦ καλουμένου Κιττοῦ. (ad p. 10, l. 3.)
26. Περὶ Καμαρῶν. (ad p. 10, l. 4.)
27. Περὶ τῆς Σαπρᾶς Θαλάσσης καὶ ὅθεν αὐτῇ τὸ ὄνομα. (ad p. 10, l. 6.)
28. Ἀπ' ἀρχῆς ἐς τέλος ὁ χρησμὸς οὕτως· Ὄλϐιοι οἱ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκήσουσιν, ἀκτὴν Θρηϊκίην τ' ἔνυγρον παρά τε στόμα Πόντου, ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν μάρπτουσι θάλασσαν, ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἀν' αὐτόν. (ad p. 11, l. 7.)
29. Ὅτι ἡ Σαπρὰ Θάλασσα εἰς τέσσαρα (cod. δ̄) χωρία διήρηται. (ad p. 10, l. 13).
30. Περὶ τῶν ποταμῶν τοῦ τε Κυδάρου καὶ Βαρϐούσου. (ad p. 11, l. 15.)
31. Ἐξήγησις τοῦ χρησμοῦ τοῦ ὑπὲρ τῆς ἀποικίας δοθέντος. (ad p. 11, l. 11.)
32. Κεροέσσης γένεσις. (ad p. 12, l. 9.)
33. Περὶ Βύζαντος. (ad p. 12, l. 12.)
34. Περὶ τοῦ [Δρεπάνου] ὁ ἐστιν ἀρχὴ τῆς ἐπὶ θάτερα τοῦ Κέρως περιαγωγῆς. (ad p. 13, l. 4.)
35. Περὶ τοῦ λόφου τοῦ καλουμένου Βουκόλου. (ad p. 13, l. 5.)
36. Περὶ Νικαίου βωμοῦ τοῦ καὶ Νέου Βόλου (cod. Βώλου). (ad p. 14, l. 1.)
37. Περὶ τοῦ Κανώπου καὶ Κύϐου καὶ Κρηνίδων. (ad p. 14, l. 4.)
38. Περὶ τοῦ ἐν τῷ καλουμένῳ Βαθεῖ τοῦ ἐν τοῖς Λουκίου νῦν ὀνομαζομένου. (ad p. 14, l. 10.)
39. Περὶ τῶν καλουμένων Χοιραγίων ὅθεν λέ[γεται]. (ad p. 14, l. 14.)
40. Περὶ τοῦ τάφου Ἱπποσθένους καθ' ὃν λήγει μὲν τὸ Κέρας, ἄρχεται δὲ ὁ Ἰσθμὸς τοῦ Πόντου. (ad p. 15, l. 5.)
41. Περὶ Συκίδων τῶν νῦν Συκῶν λεγομένων. (ad p. 15, l. 7.)
42. Περὶ Σχοινίκλου τεμένους. (ad p. 15, l. 10.)
43. Περὶ τοῦ Αὐλητοῦ καλουμένου. (ad p. 15, l. 13.)
44. Περὶ τοῦ λεγομένου Βόλου. (ad p. 15, l. 15.)
45. Περὶ τοῦ λεγομένου Ὀστρεώδους. (ad p. 16, l. 3.)
46. Περὶ τοῦ ὀνομαζομένου Μετώπου. (ad p. 16, l. 8.)
47. Περὶ τοῦ καλουμένου Αἰαντείου (cod. Αἰαντίου) [καὶ ὅτι ὁ] Αἴας παρὰ Βυζαντίοις ἐτετίμητο. (ad p. 16, l. 13.)

48. Περὶ τοῦ λεγομένου Παλινορμίκου. (ad p. 16, l. 16.)
49. Περὶ [τοῦ νεὼ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου..... (ad p. 17, l. 3.)
50. Περὶ Δελφῖνος καὶ Καράνδα. (ad p. 17, l. 7.)
51. Περὶ Θερμάσῖεως ἄκρας. (ad p. 18, l. 7.)
52. Περὶ αἰγιαλοῦ Πεντηκοντορικοῦ λεγομένου. (ad p. 18, l. 8.)
53. Περὶ τῶν λεγομένων τοῦ Σκύθου καὶ ὡς ἐκ τούτου ὁ Μινώταυρος. (ad p. 18, l. 12.)
54. Περὶ τοῦ Ἰασονίου (cod. Ἰασιονίου) λεγομένου. (ad p. 18, l. 16.)
55. Περὶ τῶν ὀνομαζομένων Ῥοδίων περιβόλων. (ad p. 19, l. 3.)
56. Περὶ τοῦ καλουμένου Ἀρχείου καὶ ὅθεν ὠνόμασῖαι. (ad p. 19, l. 7.)
57. Περὶ τοῦ λεγομένου Γέροντος Ἁλίου. (ad p. 20, l. 2.)
58. Περὶ τοῦ ἐπονομαζομένου Παραβόλου. (ad p. 20, l. 8.)
59. Περὶ τοῦ καλουμένου Καλάμου (cod. καλαλάμου) καὶ Βυθίου καὶ τῆς ἐν τῷ χωρίῳ δάφνης. (ad p. 20, l. 12.)
60. Περὶ τοῦ λεγομένου Βάκα. (ad p. 20, l. 16.)
61. Περὶ ἄκρας τῆς ἐπονομαζομένης Ἑσῖίας ἔνθα νῦν τὸ Μιχαήλιον. (ad p. 20, l. 17.)
62. Πόθεν ὄνομα τῷ τόπῳ ἐπετέθη Ἑσῖίαι. (ad p. 21, l. 16.)
63. Περὶ τοῦ κόλπου τοῦ νῦν Φιλεμπορίου λεγομένου καὶ ὅτι ἐντεῦθεν Μυσοὶ μὲν σὺν Τεύκροις ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, Ἀσῖεροπαῖος δὲ εἰς Τροίαν ἐπεραιώθη[σαν]. (ad p. 22, l. 12.)
64. Περὶ τοῦ πρὸς Χηλαῖς τῆς Δικτύνης (sic cod.) τῆς Ἀρτέμιδος [subaudi ἱεροῦ]. (ad p. 23, l. 3.)
65. Ὅτι ἐντεῦθεν Κιζυκηνοὶ τὴν Δικτύναν (sic cod.) Ἄρτεμιν τιμᾶν ἤρξαντο. (ad p. 23, l. 10.)

Hic occurrit lacuna in codice A (vid. pagg. 24-31 ed. nostræ). Cetera ex apographo A[1] ducta sunt, ordine sequenti :

66. Περὶ τοῦ λιμένος Αἰετοῦ Ῥύγχος. (ad p. 31, l. 3.)
67. Περὶ τοῦ Ἀμύκου κόλπου καὶ Γρωνυχίας πεδίου (apogr. πεδίον) ὁ νῦν Βεννύχιον λέγεται. (ad p. 31, l. 5.)
68. Περὶ τοῦ καλουμένου Καταγγίου, νῦν δὲ κατὰ παραφθορὰν Καταкίου. (ad p. 31, l. 8.)
69. Περὶ Φρύξου λιμένος. (ad p. 31, l. 12.)
70. Περὶ τῆς ἄκρας Λέμβου καλουμένης. (ad p. 32, l. 4.)
71. Περὶ τοῦ λεγομένου Βαθέος ἐν τῷ Ἀσιανῷ μέρει αἰγιαλοῦ καὶ νήσου κατὰ σῖόμα τοῦδε κειμένης (apogr. κειμένη) ἡ Βλάβη ἐπονομάζεται. (ad p. 32, l. 5.)
72. Περὶ Κικονίου καὶ ὅθεν ὠνομάσθη. (ad p. 32, l. 17.)
73. Περὶ Ῥοιζουσῶν καὶ Δίσκων. (ad p. 33, l. 1.)
74. Περὶ Χρυσοπόλεως καὶ πόθεν ὠνομάσθη. (ad p. 33, l. 8.)

75. **Περὶ ἀκρωτηρίου ἢ Βοῦς καλεῖται, καὶ πόθεν αὕτη ἡ Βοῦς.** (ad p. 34, l. 1.)

76. **Περὶ τῆς Ἡραγόρας** (apogr. **Ἡραγώρου**) **κρήνης καὶ τεμένους Εὐρώστου ἥρωος.** (ad p. 34, l. 8.)

77. **Περὶ Ἱμέρου ποταμοῦ.** (ad p. 34, l. 9.)

78. **Περὶ Χαλκηδόνος πόλεως, καὶ ποταμοῦ ὁμωνύμου αὐτῇ.** (ad p. 34, l. 11.)

79. **Περὶ τοῦ ἐν Χαλκηδόνι χρηστηρίου καὶ τεμένους Ἀπόλλωνος.** (ad p. 35, l. 1.)

ADNOTATIO CRITICA

IN DIONYSII BYZANTII ANAPLUM BOSPORI.

Titulus atque exordium usque ad verba *τῶν δυεῖν ἠπείρων* servantur in codd. Parisinis 1405 (fol. 16), 1406 (fol. 26), 2554 (fol. 130 et 158), atque aliis aliarum bibliothecarum. Primus ex codice qui inter Palatino-Vaticanos numeratur LXII edidit Leo Allatius in notis ad Philonis Byzantii *De septem mundi miraculis* (Romæ, 1640), quas repetiit Orellius in ejusdem Philonis editione Lipsiensi, anno 1816. Post Allatium edidit Carolus Dufrêne Du Cange in primis *Constantinopolis christianæ* paginis (Parisiis 1680), ex codicibus Vaticano et Regio, ut ipse testatur in præfatione, pag. I. Dedit ex Cangio Fabricius cum emendationibus aliquot in Bibliotheca Græca, vol. IV, pag. 664 (ed. Harles). Ex eodem Cangio repetiit Hudsonus in volumine tertio Geographorum græcorum minorum (Oxoniæ 1712). Denuo ediderunt Otto Frickius (1860) et Carolus Müllerus (1861). Præter codices supra dictos, laudatur a Müllero codex Matritensis n. 138, quem Bussemackerus in usum ejus contulerat. His addendus etiam codex Florentinus unde fluxit apographum Vossianum de quo loquitur Montefalconius (*Bibl. biblioth.* I, p. 677 B), necnon codex Ambrosianus quo continetur *Dionysii Byzantii navigatio Bospori*, teste eodem Montefalconio (*ibid.* p. 496 E).

In sequentibus prior quidem numerus editionis nostræ paginam, posterior vero lineam vel versum indicat.

P. 1, l. 1. *μόνην*] *μόνον* codex Matritensis apud Müllerum.

l. 3. *δυσχερὴς ἦν ἄλλως*] sic membranæ nostræ. *δυσχερὴς ἦν ἂν ὡς* conjecit Frickius. *δυσχερὴς ἂν ἦν ἄλλως* Müllerus.

l. 4. *κατά τε*] *κατά, τε* membranæ dividunt quæ etiam infra (p. 2, l. 4) habent *τοῦ, τε.*

l. 6. *καὶ*] deest in codd. Jam supplevit Frickius. Ponit [*καὶ τὴν*] Müllerus.

ibid. *ἐγγυϐαθῆ*] sic codd. Ponunt *ἀγχιϐαθῆ* in nota Frickius, in textu Müllerus. Conf. infra *ἀγχιϐαθὴς* (p. 4, l. 15; p. 8, l. 6) et *ἀγχιϐαθές* (p. 31, l. 4). Varietatem lectionis retinendam censui.

l. 7. *ἡ σκεπανὴ*] *ἡ σκεπάνη* codd.

l. 9. *περιαγωγὴν*] *παραγωγὴν* conjecit Müllerus.

ibid. *παρ' ἀλλήλων*] *παραλλήλως* conjecit Frickius.

l. 10. *κατ' εὐθὺ πορείας*] *κατ' εὐθυπορίας* codd. Scripserunt *κατ' εὐθὺ πορείας* Frickius, *κατ' εὐθὺ πορίας* Müllerus, qui testatur etiam in codice Matritensi scriptum esse *κατ' εὐθυπορίαν.*

P. 2. l. 4. ἀὐτῇ] sic videtur scribendum more attico pro ἡ αὐτῇ. Ponunt αὕτη omnes codd. Scribit αὑτῇ Müllerus. Suspicatur αὐτῇ omisso articulo Frickius.

ibid. φύσεως πέλαγος] distinguunt membranæ ita : φύσεως. Πέλαγος, ubi littera Π a linea ponitur rubro colore appicta, ita ut nova sententia inde a vocabulo Πέλαγος incipere videatur. Eadem distinctio variis modis in ceteris codicibus repetitur.

l. 6. δ' ὑπερ] sic membranæ. δὲ ὑπὲρ Frickius et Müllerus.

ibid. αὐτὸν] αὐτοῦ Frickius.

l. 8. παραδεδομένος] sic membranæ. Parum recte παραδεδομένης ponunt codices Parisini 1405 (fol. 17 r°) et 2554 (fol. 130 v° et 159 r°). Sed codex Gillianus videtur cum nostris membranis conspirasse, quippe quum verterit Gillius : *Sermo jam ab usque antiqua memoria traditus.*

ibid. δισχιλίων] sic membranæ nostræ conspirantes cum ceteris codicibus et edd. Sed error manifestus, quum ambitus Ponti sit stadiorum 8000 vel 9000, testantibus Polybio, Strabone et aliis (cf. testimonia quæ congessit Müllerus (*Geogr. gr. min.* t. I, p. 58 et 394; t. II, p. 2, not.). Itaque legendum videtur vel ὀκτακισχιλίων vel ἐννακισχιλίων, eo magis quod in scriptura decimi sæculi littera numeralis Θ cum charactere B majusculo, littera numeralis H cum charactere β minusculo facile confunditur. Verisimile est litteræ numerali Θ vel H additum fuisse signum quod vocatur πλάγιον σύρμα, quo vox χιλίων repræsentatur, de quo vide nostram Poliorceticorum editionem (*Poliorcétique des Grecs*, Introd. p. XXIV).

l. 9. δυεῖν] sic codd. δυοῖν scripserat Cangius, δυῶν Allatius.

ibid. ἠπείρων] male ἡμερῶν Cangius, Hudsonus, Fabricius. — Desinunt in hoc verbo omnes codices, exceptis solis membranis quas signavimus littera A, quibusque in ceteris edendis usi sumus.

l. 17. Στόματος] sic codex. Στόμα est *Os Ponti* (cf. Herodot. IV, LXXXV; Strab. II, V, 23; Pompon. Mel. I, XIX; Cic. in Verr. IV, LVIII). Ipse Gillius ait : *Pontus..... per Thracium Euripum exit in Propontidem* (De Bosp. Thrac. I, I, p. 12, ed. princeps = fragm. 2 M). Jam Philostratus appellavit Thracium Bosporum ἐκβολὰς τοῦ Πόντου (Vit. Sophist. I, XXIV, 1).

P. 3, l. 1. ρκ σταδίων] sic diserte in membranis. Non est erratum codicis ut suspicatur Gillius (*Miror Dionysium Byzantium scribentem Bospori longitudinem centum et viginti stadia patere*, p. 28 ed. princeps=fragm. 3 FM), sed vera dimensio ponentibus initium Bospori in Fano Jovis Urii (cf. Polyb. IV, XXXIX, 4; Arrian. Peripl. Pont. Eux. XVII et XXXVII).

l. 4. συνεχέσι] sic membranæ. Sed *continuus* vertit Gillius, perinde ac si legisset in codice συνεχής.

P. 3, l. 6. *κυκᾷ*] conjeci. Ponunt *κύκῳ* membranæ. Omisit Gillius.

l. 13. *ἕλικα πορείαν*] cf. supra *κατ' εὐθὺ πορείας* (p. 1, l. 10 ed. nostræ), et *σκολιὸς πόρος* apud Apoll. Rhod. II, 549 et Etym. Magn. s. v. *σκολιός*. *Pergit flexuosus* Gillius de Bosporo Thracio (p. 12 ed. princeps).

ibid. *καθ' ὃ*] *καθὸ* codex, quæ scriptura quibusdam potior videtur. Confer infra *παρὸ* (p. 6, l. 1 ed. nostræ).

l. 14. *σχίζεται*] cf. *περισχισθεὶς* apud Polyb. IV, XLIII, 7. *Scinditur* Gillius in libri I De Bosporo Thracio proœmio (p. 12 ed. princeps).

P. 4, l. 3. *καλουμένῳ*] sic codex. Cf. *τὸ καλούμενον Κέρας* apud Polyb. IV, XLIII, 7.

l. 4. *ἑξήκοντα*] confer Strabonem : *ἔστι δὲ τὸ Κέρας προσεχὲς τῷ Βυζαντίων τείχει κόλπος ἀνέχων ὡς πρὸς δύσιν ἐπὶ σταδίους ἑξήκοντα* (VII, VI, 2).

l. 5. *λιμὴν*] *totus enim sinus portus est* Gill. De Bosporo Thracio I, V (p. 49 ed. princeps).

ibid. *ὄρεσι καὶ λόφοις*] *ex omnibus partibus..... circumdatus..... collibus perpetuo dorso conjunctis* Gill. De Bosporo Thracio I, V (p. 47 ed. princeps).

ibid. *ἃ πρὸ*] sic codex. Subaudi verbum *ἐστί* vel *ἔχει*. nisi forte corrigendum sit *ἀπὸ*.

l. 6. *ἰλὺν*] scripsi ex codice, in quo etiam alibi *ἰλύος* (p. 10, l. 12 ed. nostræ). Alii scribunt *εἰλύς, ύος* ex iotacismo, quo *ει* = *ι*.

l. 8. *δ' αὕτη*] sic membranæ. Potest etiam scribi *δ' αὐτὴ* (sc. *πόλις*) vel, si iota adscriptum in membranis neglectum addideris, *αὐτῇ τῇ θαλάττῃ*. Subauditur præpositio *ἐπί*, perinde ac si scriptum esset *ἐστὶν* (*ἡ πόλις*) *ἐπιθαλάσσιος πᾶσα*.

l. 9-10. *τριακονταπέντε*] sic diserte codex, sed *circiter quadraginta stadia* Gill. De circuitu veteris Byzantii alii alia tradidere, quorum sententias videre est in nota Frickii ad fragm. 7. Confer Müll. *Geogr. gr. min.* II, p. 22, not. — Haud negligendum scholion margini codicis nostri rubro colore adscriptum (n. 8, p. 37 ed. nostræ) et lectu difficillimum, quod ad argumentum idem spectat : *Περὶ μεγέθους τῆς πόλεως ὁ ἐστι μιλίων δ̄* (sc. *τεσσάρων*) *καὶ σταδίων ε̄* (sc. *πέντε*).

l. 13. *ὁμαλὴς*] *ὁμαλῆς* codex.

l. 17. *σχιζομένη*] cf. supra *σχίζεται* (p. 3, l. 14 ed. nostræ) et Polybianum *περισχισθεὶς δὲ περὶ τὴν πόλιν* [*ὁ ῥοῦς*] *βραχὺ μὲν εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ διορίζει τὸ καλούμενον Κέρας, τὸ δὲ πλεῖον πάλιν ἀπονεύει* (IV, XLIII, 7).

P. 5, l. 2. *ἐλαφρὰς καὶ τεναγώδεις*] *partim vadosus..... partim palustris* Gill. De Bosporo Thracio I, V (p. 47 ed. princeps).

l. 3. *κατὰ τὸ ἐμφερὲς τοῦ σχήματος*] confer Strabonem : *ἐοικὼς ἐλάφου κέρατι* (VII, VI, 2).

P. 5, l. 8. *ταὐτὰ*] *ταῦτα* codex.

ibid. *λεκτέον*] hic desinit Dionysii prooemium, quod tamen nullo signo in codice indicatur.

l. 11. *Ἰὼ*] *Ἰνὼ* codex. Ino autem non Inachi sed Cadmi filia fuit. Correxi ex alio codicis loco (p. 12, l. 6 ed. nostræ). Gillius recte vertit : *Io Inachi filiam*, confirmatque versionem duobus locis De Topogr. Const. II, ii, et vi (p. 59 et 78 ed. princeps).

l. 12-13. *πεπιστεύσθω*] *πεπιστεῦθω* codex. Scripsi ex ipso codice, qui ponit alibi *πεπιστεύσθω* (p. 22, l. 10 ed. nostræ). Ad hunc locum, quo fabula Iûs narratur, spectat scholion rubricatis litteris margini codicis adscriptum : **Τοῦτο καὶ Ἀρριανὸς λέγει ἐν τοῖς Βιθυνιακοῖς αὐτοῦ.** Vide supra, p. 37, n. 11.

l. 17. *Ἐκβασίου*] *Ecbasiæ id est Egressoriæ* interpretatur Gillius (De Topogr. Const. II, ii et xxiv, pagg. 60 et 129 editionis principis; pagg. 87 et 124 ed. Elzevirianæ). *Ecbasion Minervam* ponit idem (De Bosporo Thracio II, i, p. 51 ed. principis; p. 80 ed. Elzevirianæ) collatis Apolline Ecbasio et Diana Ecbateria.

P. 6, l. 1. *παρ' ὃ*] *παρὸ* ponunt membranæ, ubi *παρὸ*=*παρ' ὃ* (cf. Thes. ling. gr. ed. Hase, t. VI, p. 198). Vertit Gillius : *apud quod fuit lapis in mare eminens* (De Bosp. Thrac. II, ii, p. 54 ed. princ.; p. 84 ed. Elzevir.) et alibi : *Dionysius addit prope templum Minervæ Ecbasiæ lapidem in mare eminentem* (De Bosp. Thrac. III, ii, p. 187 ed. princ.; p. 273 ed. Elzevir.) perinde ac si legisset *παρ' ὃν καὶ λίθος ἐπιβεβηκὼς τῇ θαλάττῃ*. Sed membranæ diserte præferunt *λιτός*, non *λιθός*.

l. 2. *τοῦτον*] *τούτων* codex.

ibid. *τῶν αὖθις*] sic codex. Videtur vel legisse vel supplevisse *Βυζαντίων* Gillius, quippe quum verterit *Byzantinis*.

l. 5. *θαλάττῃ*] *θαλάττη* sine ι adscripto codex.

l. 10. *περιαγωγὴν*] *conversionem circumflexionem quæ excipiebat tres portus* Gill. De Bosp. Thrac. II, ii (p. 55 ed. princ.; p. 85 ed. Elzevir.). Idem alibi : *Dionysius Byzantius tradit Bospori primam circuitionem excipere tres portus* (De Topogr. Const. I, i, p. 12 ed. princ.; p. 20 ed. Elzevir.).

l. 13. *ὑποδομήσεσι*] sic codex. Vocabulum novum.

l. 14. *πύργον*] *πῦργον* codex *προπεριεσπωμένως*.

l. 15. *ἐπὶ πᾶν*] *ἐπίπαν* uno verbo codex.

l. 16. *τὸ μὴ νῆσον εἶναι*] *τομή, νῆσον εἶναι* codex. Confudit enim librarius substantivum *τομή* (*sectio*) cum articulo et negatione *τὸ μή*.

P. 7. l. 3. *ἀρχαίων*] sic codex. Vertit Gillius (De Bosp. Thrac. II, ii, p. 55 ed. princ.; p. 85 ed. Elzevir.) *significabat antiquam Terræ libertatem*, et alibi (De Topogr. Const. III, iv, p. 156 ed princ.; p. 225 ed. Elzevir.) *designans antiquæ Telluris vim liberam*. Sed in utroque loco cor-

rigendum fuit *antiquitus*. Etenim hac ædificatione, templi scilicet cujus fastigium fuit ἄστεγον, significabant veteres Terram esse liberam.

P. 7, l. 5. παράλληλα] subaudi τεμένη, ex loco superiore (p. 7, l. 2) ubi Γῆς Ὀνησιδώρας τέμενος.

l. 8. ἀπόβασιν] verba ipsa κατὰ ἀπόβασιν τῆς θαλάττης vel θαλάσσης repetiit bis Gillius (De Bosp. Thrac. II, II, p. 55 ed. princ.; p. 86 ed. Elzevir.; et De Topogr. Const. III, IV, p. 156 ed princ.; p. 226 ed. Elzevir.) ubi posuit priore loco formam vulgarem θαλάσσης, altero autem formam Atticam θαλάττης, quæ est in codice. Vertit quidem nunc *in abscessu maris*, nunc *ad exitum sive abscessum maris*, nunc *ad recessum abscedentem a mari*, quæ Frickius interpretatur : *ad recessum maris, id est eo loco ubi mare colle tertio tanquam recedere cogitur*. Vide supra, p. 17, l. 12 ed. nostræ.

l. 10. Περσῶν] οἱ σὺν Δαρείῳ Περσῶν κατὰ τὴν ἐπὶ Σκ. ἐλ. codex. Vocabulum Περσῶν transposui. *Persæ* Gill. Forte legendum : οἱ σὺν Δαρείῳ Πέρσαι κατὰ τὴν ἐπὶ Σκύθας ἔλασιν. — Non *Darii* sed *Cyri* male Gillius (De Bosp. Thrac. II, II, p. 55 ed. princ.; p. 85 ed. Elzevir.) qui ipse *Darii* scripsit alibi (De Topogr. Const. III, IV, p. 156 ed. princ.; p. 226 ed. Elzevir.).

l. 14. Ἡραία ἄκρα] correxi. ἥραγτα codex. Cf. Gill. De Topogr. Const. III, IV, p. 156 ed. principis : *Hoc enim Plutonis Acram, illud æræam Acram id est Junoniam*, ubi recte mutavit *æræam* in *Heræam* editio Elzeviriana (p. 226, l. 18).

P. 8, l. 1. Σκιρωνίδες] sic codex pro vulgato Σκειρωνίδες. Sic quoque ventus non Σκείρων sed Σκίρων appellatur in æde Octo Ventorum Athenis (*Corpus inscr. gr.* vol. I, p. 480, n. 518). Habet *petræ Scyroniæ sitæ inter Megaram et Isthmum Corinthiacum* Gill. De Bosp. Thrac. II, II (p. 56 ed. princ.; p. 87 ed. Elzevir.). Idem *Scyronides* ibid. (p. 59 ed. princ.; p. 91 ed. Elzevir.). Sed rectius *Scironides* et *Scironiis* De Topogr. Const. (p. 166 et 178 ed. principis; p. 240 et 258 ed. Elzevirianæ).

l. 5. χεῖρον] correxi. Ponit χειρων codex cum duplici accentu, παροξυτόνῳ scilicet (χεί) et προπερισπωμένῳ (χεῖ), quippe quum hæserit librarius inter χείρων (quod refertur ad αἰγιαλός) et χεῖρον (quod refertur ad χωρίον). Virgula posita inter χωρίον et οὐδενὸς auxit confusionem.

l. 6. ἀγχιβαθής] cf. ἐγγυβαθῆ (p. 1, l. 6 ed. nostræ).

l. 8. Σκεδασίου] conjeci. Ponit σκέδ codex cum compendio scripturæ quo syllaba ας figuratur. Vertit *Dissipatoriæ* Gillius. Scripsi Σκεδασίου ad similitudinem vocis Ἐκβασίου (p. 5, l. 17 ed. nostræ).

l. 10. Μελίας] de hoc nomine confer Μελίας ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεύς apud Hesych. Mil. (*Fragm. Hist. gr.* IV, p. 148 ed. Müll.).

P. 8. l. 15. Κῆπος] confer Κῆπος, πόλις κατὰ Βόσπορον οὕτω καλουμένη (Suid. s. v.).

P. 9. l. 1. ἄρτι] correxi. Ponit ἀρτη codex, videlicet ex iotacismo, quo η = ι.

l. 3. Ἀψασιεῖον] sic codex, qui et postea Ἀψάσιος. Secundum Gillium Ἀψάσιος idem est atque Ἀπεσάντιος. Itaque comparavit: 1° Stephanum Byzantium, s. v. Ἀπέσας; 2° Pausaniam, II, xv, 3, ubi laudatur Apesas mons; 3° Statium, *Theb.* III, v. 461. Quibuscum confer Etym. Magn. s. v. et Plutarch. *De fluv.* XVIII, 4 et 9. Conjecit autem Frickius Ἀφέσιος et Ἀφεσιεῖον, quia Ζεὺς Ἀφέσιος ad Megarensium cultum pertinet. Certe fuit in codice Gilliano, ut et in nostro, scriptum Ἀψάσιος, nam Gillius ait : *ita vocatus a Dionysio nisi codicis erratum sit* (De Bosp. Thrac. II, II, p. 60 ed. principis; p. 93 ed. Elzevirianæ).

l. 11. Μελλαποκόψας] sic codex. *Mellapocopsas* latine Gillius. Nomen novum. Contulit Frickius μελλόγαμος, μελλοφάνης, μελλόπλαρμος = μελλέπλαρμος.

l. 12. Θήρας] Θῆρας codex, pravo accentu.

l. 15. Περαϊκὸς] sic codex. Sed *Piræicus* Gillius (De Topogr. Const. IV, v, p. 204 ed. principis; p. 296 ed. Elzevirianæ). Idem scripsit *Pireicus* (De Bosp. Thrac. II, II) ut fert ter editio princeps, p. 62, sed mutavit in *Piræicus* Elzeviriana, p. 95.

P. 10. l. 6. Σαπρὰ θάλασσα] sic codex. Transcripsit græce Gillius (De Bosp. Thrac. II, II, p. 63 ed. princ.; p. 97 ed. Elzevir.). Sed apud eumdem Gillium De Topogr. Const. IV, v (p. 205 ed. princ.; p. 296 ed. Elzevir.) legitur *Inde supra Thalassa*, quod manifesto corrigendum est *Inde Sapra Thalassa*.

l. 14. Βαθεῖα] βαθεία codex. Transcripsit latine *Vateia scopia* Gill. De Topogr. Const. IV, v (p. 205 ed. princ.; p. 297 ed. Elzevir.). Idem scripsit græce βαθεία σκοπία De Bosp. Thrac. II, II (p. 65 ed. princ.; p. 97 ed. Elzevir.) ubi non solum eadem verba, sed etiam accentus idem atque in nostris membranis occurrit. Nam in Gilliano codice, ut in nostro, βαθεία = βαθεῖα.

l. 15. Βλαχέρνας] sic codex. Unde non nominativum *Blachernæ*, sed formam accusativi *Blachernas* dedit bis Gillius : *Tertius vocatur Blachernas* (De Bosp. Thrac. II, II, p. 64 ed. princ.; p. 97 ed. Elzevir.; et De Topogr. Const. IV, v, p. 205 ed. princ.; p. 297 ed. Elzevir.). Correxit *Blachernæ* Müllerus (p. 26).

l. 16. Ὑπαλῶδες] sic codex. Transcripsit latine *Paludes* Gillius, deceptus vocabuli similitudine, ut opinor. Sic etiam Παλῶδες (p. 31, l. 6 ed. nostræ) vertit idem *Paludes*. Sunt autem duo nomina propria.

P. 11. l. 4. εὔβοτα] correxi. Ponit εὔβοα codex. Videtur idem erratum fuisse in codice Gilliano. Vertit enim Gillius *in mediis paludibus* BOUM NUTRI-

cibus, quod manifesto spectat ad vocem ΕΥΒΟΑ. Scripsi ego, addita littera Τ, *εὔϐοτα*, scilicet *bona pascua habentes*.

P. 11, l. 5. *βοσκημάτων*] sic codex. Erravit Gillius qui pro *βοσκημάτων* posuit *cervis*, quum armenta vel pecora generatim significare debuisset. Error natus ex sequenti loco (p. 11, l. 11) ubi de cervis (*οὔτε γὰρ ἔλαφοι*) fit mentio.

l. 6. Post vocabulum *οὕτως*, codex nonnisi duo versus refert hosce :

> *ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν μάρπτουσι θάλασσαν*
> *ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἀν' αὐτόν.*

Sed oraculum plenius in scholio quod margini codicis rubro colore appictum legitur cum hac nota :

> Ἀπ' ἀρχῆς ἐς τέλος ὁ χρησμὸς οὕτως·
> *ὄλϐιοι οἳ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκήσουσιν*
> *ἀκτὴν Θρηϊκίην τ' ἔνυγρον παρά τε σ7όμα πόντου*
> *ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν μάρπτουσι θάλασσαν*
> *ἐνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἀν' αὐτόν.*

Unde in textum inseruit Gillius (De Bosp. Thrac. II, 11, p. 65 ed. princ.; p. 99 ed. Elzevir.) tres solummodo versus ponens, in modum sequentem :

> *Ὄλϐιοι οἱ κείνην πόλιν ἀνέρες οἰκήσουσιν,*
> *Ἀκτῆς Θρηϊκίης ὑγρὸν παρ' ἄκρον σ7όμα Πόντου,*
> *Ἐνθ' ἰχθὺς, ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτόν.*

quæ a nostris discrepant. Ceterum hoc oraculum retulerunt alii aliter, v. g. Hesych. Mil. (*Fragm. Hist. Gr.* IV, p. 147); Steph. Byz. s. v. Βυζάντιον; Eustath. ad Dion. Per. 803.

l. 12. *ἐλείτην*] sic codex. *Palustrem arundinem* Gill. Vocabulum novum. Cf. *ἔλειος*, *ἐλώδης* (R. *ἕλος*, *palus*).

l. 15. **Κύδαρος**] sic codex. Ponit nominativum *Cydaris* Gillius, qui scribit etiam *Cydarus* (p. 72 ed. princ.). Sed consentit cum codice Hesychius Milesius (loc. laud.).

P. 12, l. 2. **Μινύαις**] *Mineis* Gillius in ed. principe (p. 68) sed *Minyis* habet Elzeviriana (p. 103).

l. 5-6. *νυμφὴ Ναΐς*] *νυμφηναΐς* uno verbo codex, et nullo sensu. Omisit Gillius, qui vertit *Semystra nutrix fuit Ceroessæ matris Byzantis*.

l. 6. **Κεροέσσης τροφός**] *κεροεσσησ7ροφος* uno verbo codex.

l. 7. *ἀφετὸς*] *stimulata* Gill.

l. 10. *τύποι*] sic codex. *Typi* latine Gillius, quod in versione retinui.

l. 11. **Κερόεσσα**] cf. Procop. *De Ædificiis*, I, 5 : **Κέρας οἱ ἐπιχώριοι Κεροέσσῃ** *τῇ Βύζαντος μητρὶ τοῦ τῆς πόλεως οἰκισ7οῦ ἐπωνύμως καλοῦσιν* (p. 16, A, ed. Paris.).

P. 13, l. 1. ἀρπαγήν] ἀρπαγῆν codex. Cf. θῆρας pro θήρας (p. 9, l. 12 ed. nostræ).

l. 5. μεθ' ἣν] sic codex. Erravit Gillius, qui vertit *promontorium Drepanum inflexum cujus cacumen.* Sensus est: *promontorium Dr. inf. post quod est cacumen.*

ibid. ἀποκλινὴς] supplevi. Litteras κλινης præbet codex, quibus præmittuntur quinque vel sex litteræ confusæ. Vocabulum omisit Gillius. Cum adjectivo ἀποκλινής confer verbum ἀποκλίνεται (p. 4, l. 13 ed. nostræ).

l. 6. Βουκόλος] sic codex. *Bucolon* accusativum ponit Gillius, interpretaturque: *hoc est Bubulcum.* In sequentibus habet *Buculam* errore manifesto (De Bosp. Thrac. II, IV, p. 73 ed. princ.; p. 110 ed. Elzevir.).

